



Antiqvae Lectionis Tomus ...

Bipartitvs, In Qvo L. Vetera Monvmenta, Nvnqvam Visa, Pavclis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

15. Ruricij Episc. Lemouicini Epistil. li. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](#)

459

Ruricÿ

LEMOVICENI

EPISCOPI

EPISTOLARVM

LIBRI

DVO

Nunc primum ex membranis m. f. cele-
berrimi Monasterij S. Galli
editi.

• 8 (?) 50

Mmm 2 IN^o

J.S.J.J.
17
7

INDEX EORVM AD QVOS RVRICIVS
EPISTOLAS SCRIPSIT.

- | | | |
|----------|---|--|
| A | Eonio lib. 1. Ep. 15. lib. 2. Ep. 15.
Enio lib. 2. Ep. 8. forte idem
cum Eonio.
Agricole lib. 2. Ep. 31.
Albino lib. 2. Ep. 45.
Ambrosio lib. 2. Ep. 43.
Anonymis lib. 2. Ep. 10. 12. 24. 26.
Apollinaris lib. 2. Ep. 25. 40.
Aprunculo lib. 2. Epist. 48. 54. 55.
56. 57. B
Bassilo Episcopo Ep. 7. lib. 1. | Ioanni lib. 2. Ep. 47.
Leontio lib. 2. Ep. 41.
Lupo Ep. 10. lib. 1.
M
Melantia lib. 2. E. 38.
N
Namacio lib. 2. E. 1. 2. 3. 45. 61.
Nepotiano Ep. 6. lib. 1.
O
Omacio lib. 1. Ep. 18. lib. 2. Ep. 17.
P
Papianilla lib. 2. Ep. 36.
Parthemio lib. 2. Ep. 36.
Petur. lib. 2. Ep. 37.
Pomerio lib. 1. Ep. 7. lib. 2. Ep. 9.
Præsidio lib. 2. Ep. 11. 52.
R
Ruflico lib. 2. Ep. 19. 53.
S
Sedato lib. 2. Ep. 17. 18. 33. 34.
Seuero lib. 2. Ep. 58.
Sidonio Ep. 8. 9. 16. lib. 1.
Stephano lib. 2. E. 51.
Schorachio lib. 2. Ep. 59.
T
Taurentio lib. 2. Ep. 16. 46.
V
Vero lib. 2. Ep. 22.
Veturino lib. 2. Ep. 39.
Vilico lib. 2. Ep. 13.
Vittameno lib. 2. Ep. 60. 62.
Volusiano lib. 2. Ep. 64. |
| C | Cesario lib. 2. Ep. 32. 35.
Capilluto lib. 2. Epist. 20. 30.
Celsio Ep. 12. 13. 14. lib. 1.
Censurio lib. 2. Ep. 50.
Ceraunio lib. 2. Ep. 1. 2. 3. 4. 14. 49.
Claro lib. 2. Ep. 63.
Constantio lib. 2. Ep. 23. 24. 42.
Cronopio lib. 2. Ep. 6. 30. | |
| E | Elafris lib. 2. Ep. 7.
Eonio vide Eonio.
Eractiano lib. 2. Ep. 29.
Endomio lib. 2. Ep. 38.
Euphrasio lib. 2. Ep. 21. 28. | |
| F | Fausto Ep. 1. 2. lib. 1.
Fædamio lib. 2. Ep. 13.
Fredar. Ep. 11. lib. 1. | |
| H | Heracliano vide Eractiano.
Hesperio Ep. 3. 4. 5. lib. 1.
Hispano lib. 2. Ep. 44. | |

INCL.

**INCIPIT DOMINI
RVRICII EPISCOPI EPI.
STOLARVM LIBER**

primus.

*Domino suo peculiari in Christo, Domno patrono Fausto
Episcopo Ruricius.*

 Lim te Domine mi venerande, ac beatissime sacerdos, fama celeberrima prædicante cognoui. Olim desiderio ppij amoris infuso, illis te, quibus scribere dignaris, oculis cordis intueror; sed nihilominus etiam corporeis videre festino; si quo modo possim, intercedentibus vobis, peccatorum meorum vincula disrumpere, acceptisq; columbae ilius pentuis, à venantium laqueis euolare; & vobiscum positus in Dominica lege requiescere; vt sitim, quam opuscula vestra legendo concepi, ipso presente, vnde illa manarunt, uberioris hauriens restinguere; vt caritatis igniculum, quem in tepidis animæ dormientis fauilibus feruentibus fulcitat prolatis de condensa scripturarum pabulis, viuax flamma roboret, quæ eloquio sancti oris accensa, more sibi folito, in pectore peccatoris vim naturæ, potenter exereret, calefaciendo frigidas, inluminando tenebrosa, & spinas criminis consumendo. Ad hec, doctor eximie, anima mea post te. Me autem adiuvent orationes quod corrumpitur ad grauat animam, vt inclinare aurem suam ad oracula divina non possit, vt domum patris obliuio obediens, qua cantis imperio de terra sua, & cognitione discedat, atq; illam, quæ ei demonstratur, potius concupiscat. Non enim adhuc valet pusillitas nostra metum obnoxia conditionis expellere, & caritati perfecta purgata corda referare, vt relinquentes præsentia, petamus aeterna; eisq; ancilla, hereditatem paternam liberi possimus adipisci. Quam obrem spero, Domine mi, vt pro me inde sinenter ore tis, & quoties dignati fueritis ariditatem terre meæ eloquentia vestra imbre per-

fun-

M.m.m. 3

Sal. 54, 7.
Sal. 50, 3.
Gen. 12, 1.
Gen. 21, 10.
Gal. 4, 10.

fundere, non mihi, sicut nunc fecisisti, & adhuc meæ infirmitatis igni, delicatos & dulces cibos, sed austriores, & ægritudini meæ congruerunt, suggesteratis; quia non expeditum stulto delitiae; postmodum proditoribus meis censorium præbeatis adsensum, qui more humani ingenui, affectu nimio præpediti, a veritate iudicij declinantes incurvant pro amore mendacium. Sane nec vereatur sanctitas vestra, ne vulneribus meis gratior sit fountis dextera, quam secantis, quia eâ nec me posse curari, & tamen grauitate computruisse, Domino dante, iam sentio. Et ideo eligo, vt me iustus misericordie increpatione corripiat, Psal. 140. 5. quâm caput meum oleum peccatoris impinguet. Supplici itaq; prece Mat. 13. 52. deposito, vt de illo thesauro penetralium vestrorum, vnde noua & vetera proferte consuevistis, peritissimi vtpote medici, qui languentium innumeras & varias ægritudines quotidie gratia Dei adiuuante sanatis, languori quoque meo, quæ conuenire cognoscitis, medicamenta mittatis.

Domino suo peculiari in Christo Domino patrono Fausto Episcopo Ruricius.

2. **I**ta me hactenus impia negligenta & negligens impietas possedeunt, vt quid, Domine mihi in me potissimum acculem, nesciam; & quid in me primum excusem, non inueniam. Si enim argumentatio nem aliquam ad excusandas excusationes in peccatis exhibere tentauero, adiūciam peccato sine iudicij recordatione peccatum; vt duplicit atq; maiori delicto ipse me premâ: vt qui tarditatis reus sum; esse incipiâ falsitatem, & ab humana usque iniuria crimen extendam ad æternam: nunc tantu expectans de segnitia noxa sententiam; diuinæ vero pro mendacijs ultione subiiciar, præsertim cum vera confessio indulgentia; & falsa excusatio mereatur offendam. Malo itaq; tam simplici confessione, quâm supplici veniam petere, quâm peccata geminare. Habet ergo pater optime, pastor egregie, meam culpam meæ spontaneam confessionem, habes & in discipuli errore, quod corrigas; & in ouicula languore, quod fanes, potestatisque & iudicij tui est, vtrum velis veliceris mei putredinem ferri rigore rescidere, an medicamentorum lenitate curare. Ego tamen vtram elegeritis curationem amplectar intrepidus; nec paterna iustum dexteræ declinabo; dummodo portionem promissæ hereditatis adipiscar. Neque adtendam, quæ mihi poena sit in flagello, sed quem habeam in testamento. Melius enim mihi est fieri super patre, quam vt abdicer contemitus à patre. Quis paren-

parentum pietas disstringit, ut corrigat; non persecuerat, ut puniat, nec tantum ei meritoris infert adrogantia superbientis, quantum gaudium fert humilitas confitentis. Sic ille Euangeliū indulgentissimus Lac. 19.
 pater filium præceptæ substancialē decoctorem lato suscepit amplexus, promptior gaudere de reditu, quām imputare de lapsu. Denique non exprobantur facinora, non luxuria, non egiftas; sola conuersi reueratio omnia damna compensat, quia maior fuit procul dubio patri facultas redditus, quām rerum facultas. Itaq; abscessio reum fecerat; regressio fecit insoltem. Ea misericordia sufficit hæredi, quin etiam paternæ clementiæ venia sola non sufficit, q; vlnis fouet, quod gratia permulet; nisi & munera larga multipliceat. Dat anulum, ne rufus à patre, perfida duce, discedat, calceamenta dat pedibus, quod fasciulus ardui itineris aspera & dura contemnat, dat & ipsam primam quam perdiderat stolam, ut quem à morte receperat, pristina immortalitate donaret. Datur etiam ipse juniori vitalius reuerso, qui seniori agnus datus fuerat de Ægypto profecto, quia ipse educit ex Ægypto pater. Tanti parentis imitare tantus fidem. Trade peccatoriis adiutorium, præsta conantibus remissionem, intercessionem largice, confitentique filio non solum ipse veniam tribue, sed ipse veniam deprecare; ut quem in peregrina patria appellas liberum, in propria possis videre libertutam. Et qui per se amisit Dominicam liberalitatem, per te mereatur consequi libertatem, nec à vestro separetur solatio, qui sequestratur præmio.

Deuindissimo Filio semperq; magnifico Hesperio
Ruricju.

30
Scribendi mihi ad vñanimitatem tuam aditum, quem obstruxerat
 quam flectuntur rigida, saxeā molliuntur, sedantur tumida, leniuntur
 aspera, tumescunt lenia, mitescunt saua, sauiunt mitia, accenduntur
 placida, acuuntur bruta, dominantur barbara, immania placantur. Et
 iam in me opus suum peragens, os clingue referauit, producens me
 ex tutissimo silentij recessu ad publicum formidandumq; iudicium
 & initatio vestri noua subire compellit. Scilicet ut qui haec tenus illam
 sententiam secutus antiquam, qua dicitur: Sapenumero præstare ta-
 cere, quām dicere; insipientiam meam maluerim verecundia faci-
 tur.

turnitate legere, quām impudenter incondito sermone proferre, non tam consuetudinis mēmōr, quām ruficitatis oblitus, quasi ex Arione in Orpheum repente mutatus, velim disertissimis auribus cuius ore garrulo non tam officiosus, quām iniurious existere. Dum & ignota pertento, & insueta prāsumo. Sed dabitis, vt reor, veniam venienti ex necessitudine necessarię necessitatē. Quia quod dilectio in mortalium mentibus naturali potestate sibi vindicet, conciusi mutuę passionis pectus agnoscit. Ergo ne excusatione diuitiis immorantes ita paginam dilatamus, vt non solum tibi non exhibeat sermo incomptior, verum etiam copia inordinata fastidium, iam in vocem pietatis erumpimus, & desiderorum verba ructamus; Commēdantes tibi pinguis nostrum, depositum tuum, cuius nos susceptione cepisti. Tibenim spem posteritatis mēr, tibi solatium vita präsentis, & leuamen, si diuinatas annuerit, futurę; tibi vna omnia mea vota commisi. Te* elicitorem & formatorem lapillorum nobilium, & rimatorem auri, te repertorem aquę latentis elegi, qui leiris abstrusas lapidibus gemmas proprię reddere generositas; quaꝝ virtus in tanta rerum confusione amitterent nobilitatem, si iudicem non haberent aurum quoq; arenis vilibus mixtum, nisi artificis solerū laetetur aquis, ignibus eliqueret, nec splendorem poterit retinere nec meritum. Septas etiam aquarum manantium venas, & obductum terra fluenti alueum, nisi diligentius cruderauerit appetitor industria, laticis vnda non fluerit. Ita & teneborum adhuc acies sensuum ignorantę nubilo, quāc crassitate scabrosę rubiginis obessa, nisi adsidua doctoris lima purgeatur, nequit sponte clarescere. Tuum ergo nunc, tuum est, in his omnibus & opinioni tux, & nostro pariter respondere iudicio, ne aut tu plumpissile ilicitē, aut nos inconsideratē elegisse videamur.

* Ita ex.
presē m.s.
nouato vo-
cabulo &
non incie-
gante sen-
tu, ab eli-
ciendo. si-
cum Iupiter
ab Elicien-
da fulmi-
nibus dice-
batur Eli-
cīus. Ouid.
3. Fals.
Eliciunt
celo: & Iupiter: vnde minores Nunc quoque te celebrant, Elicium que vocant. Niſi malile-
gere: licitatem, quod non placet. vel: elucidatorem, quod malum.

Deuindissimo Filio semper, magnifice Hesperio
Ruricius.

RECEPI apices vnanimitatis tuae tam gratia, quām eloquentia; tam amore pariter, quam lepore; tam sale, quām melle resperfas, in quibus nec dulcedini decesserat aliquid, nec satori. Qui cum omnī dictiōnis & rationis arte preminent, solo tamen à te discrepare videantur iudicio. Dum enim paginula mēa, non laudi apta, sed vituperationis inceptiā rusticitatis aptata, maiora meritis tribuere festinas, & sequaris vel declamationis cursum, vel diligenter affectum; à norma recti

recti iudicij declinasti. Ad quam rem ego perfectionem non ignorans, sed spontaneo arbitrio descendisse confilio, triplici ex causa, in tenui materia & acumen ingenij, & oris facundiâ, & affluentiam sermonis ostenderes. Sicuti in ieiuno atq; otioso cespitate magis strenuitas cultoris appetet, cum aut rebellionem glebarum tenacium repetita sepius impressione vomeris domat, aut ariditatem nimiam stercoris a-sperzione fecundat, ut fructuum copiam, quam soli natura negat, industria producat. Ita & tu, egestatem epistolæ meæ eloquentiæ tuæ v-eritate ditasti, ut possit esse, si cam suppresseris, te loquente, laudabilis; si vero protuleris, incutiat & mihi de falso laude, & tibi de iudicij errore revercundiam. Et idcirco quia imperitiam meam tui pudoris opus esse voluisti, caue, ne præconio tuo nobis non respondentib; tua perclitetur electio. Itaq; si quid mihi credis, si quid vtriq; consulis, indignum memoria, obliuione dignissimum volumen ablconde, si vis & me ad arbitrium turum oratoris famam, & te probati iudicis obtainere personam.

Deuinctissimo Filio semperq; magnifico Hesperio Ruricius.

SPoponderas, fili charissime, ut mihi aliquos de ramusculo, quem ex amaritudine in domesticum saporem vertendum transferendumq; suscepferas, flosculos destinares: quorum odore cognoscere, quam spem spei gerere deberem; utruminam ipsi flores germina, aut rursus ipsa germina fructus sui qualitate promitteret, iidemq; iterum fructus virum possint te excoquente mitescere, & dulci eloquentiæ verbo audientia corda faciare. Quod quia nescio quam ob causam facere distulisti, oportunitum vos admonendi tempus inueni, quo in harmonia mundi vniuersa animantia bruta pariter, & elinguia, incedētia, voluntia, atq; reptilia, suis quæq; modis, suis sibilis, suisq; quæq; vocibus, et si sono diffsono, aut ore diuerso, pari tamen affectu, quasi uno concentu in laudem proprii auctoris erumpunt; & potentiam, quam promere nequeunt, sentire se produnt. Hoc namq; tempore cuncti orbis species reduciua reparatur, & quidquid in eo situ squalidum, fri- gore turbidum, glacie concretum, nuditate deforme, ariditate præ-mortuum haec tenus fuit, ad instar resurrectioni emergit; ut discat humana fragilitas de visibilibus inuisibilias, & de praesentibus futura cognoscere, & spem venturæ melioris ætatis deposita desperatione precipiat. Nunc etiam tellus sterili rigore conclusa, quasi virili semi- ne hoc verno tempore concepto, occultis maritata meatibus, venas

Nnn

laxat

laxat ad partum. Ethinc quod deliciis suae, quod esui dulce, quod r-
sui vtile, quod vietui necessarium, quod visui incundum, quod olfa-
ctui gratum, quod tactui blandum, omne producit. Siquidem hec est
illa temperies, que mundi nascentis materiam, quasi adhuc in incunabu-
lis teneram in gremio quodam clementissimae altricis complexu-
truit; ne substantia nullo labore duratam aut effluus feruor exurere,
aut hiemalis algor extingueret, aut ventorum flabra portarent. Habet
itaq; suscepimus tuus conuenientissimum tempus, quo animi iocunda
marginem: tandem aliquando deposita, hebetudinem cordis excusat. Et si
deterata, ter homines declamare non potest, saltem inter pecudes clamare, aut
inter volucres garrire festinet.

*Domino sando & p̄iissimo Patri Nepotiano Presbytero
Ruricius.*

6. **C**odices, quos sanctitas vestra transmisit, accepi, eloquentia clara,
scientia perfectos, doctrina probos, fidei puritate perspicaces;
qui sacrorum testimoniorum vertigate locupletes, auctoritate praes-
stantes, luce fulgentes facile & fideliū mentes inluminant, & infide-
lium errores detegant atque conuincant. quorum ego gulfu admodum
tenui pellectus potius, quam refectus ad fastidatē propter sollicitudini-
nes facili peruenire non potui. Sicut enim stomachus cum febribus ar-
dore decoquīt, dulces sibi ante cibos nec oblatos orecipit, nec requi-
rit oblatos; ita & animus mundanis anxietatibus curisque confectus,
spiritales dapes nec desiderat abfentes, nec carpit appositas, nec sentit
infulas. Quæ cū ita se in me habeant, vos tam enī & p̄iissim parentis proba-
stis affectum, & solliciti magistri ministeriū, & seduli medici impletis
officiū, ut tali tardio laboranti medicamenta congrua mittereatis. Qui-
bus & pp̄ter negligentiā meā ego non valeo conseque sollicitatē. Vos
tamen percipietis a iusto repenitatore mercedē, qui etiam pro ingratis
grates benevolas referre consuevit. Horum ego prefatorum codicū-
num, sicut iussit, retinui, aliū remisi, quem S. HILARII PICTAV. E VI-
bis antifititis esse noueritis. quod quia præceperatis, indicare curauit.
Hunc vero retentum permititis transferre; disposui, ut quod memo-
rię commendare non possumus, saltem vel paginis mandare curemus.

*Domino suo peculiariter in Christo patrone Bassulo Epi-
scopo Ruricius.*

7. **Q**IVAM ita diligere sancta pietas, & pia sanctitas vestra dignetur,
mul-

multimodo probatis affectu, dum legenda transmittitis, & neglecta
corrigitis, dilectionem diligendo prouocatis; & quod praedictis ver-
bis, docetis exemplis. Sed quoniam lumen vestrum in terra sterili & du-
mola non proficit, ut ipse quae sentibus supercrescentibus suffocatur,
ne sicut infruetiam illam fuculneam me iubeat Dominus vinez,
quam tanto tempore nequequa expectat, abscondi; vos seueriorem
sententiam orando differte, donee doctrinæ vestrae * pinguedine tan-
guine.^{*M.S. pingue.}

*Domino suo peculiari in Christo Domino patrone Sidonio
Episcopo Ruricius.*

P Rædicantibus vobis, sepius audisse me recolo, nullatenus ab ini-
quitatibus nos posse purgari, nisi fuerimus criminis nostra, con-
scientia compungente, confessi. Quis enim, non dicam consequi, sed
vel querere queat indulgentiam, nisi deplorationi confessione erroris
adiungat? Quia error indulgentia, non indulgentia requirit errorem.
Quod ego valde serum esse cognoscens, facinus meum nuper admis-
sum, pietati vestrae indicare non distuli. Ne quod modo prudente me spe-
ctat ad veniam, tacente postmodum pertineret ad culpam. Sed iam i-
psum dolu proferimus in medium. Furti me vobis reum statuo, & de-
positum vestrum me, ignorantibus vobis, illicite præsumpsisse pro-
nuntio. Quod ut tamen committerem, occasionem perpetrandi faci-
noris vos dedistis, aut tentantes cupidum, aut indoctum erudire cupi-
entes. Codicem namque de fratre meo LEONTIO me recipere iussi era-
tis, transtulisse me fateor. Quod si probatis, *ignoscite, si imputatis, a-
gnoscite, quia cōfessioni querela sociatur. Nam primū ut eū legerem, a-
voluntas impulit, deinde ille, ut transferetur, extorsit. Nam cum de da-
pibus ipsius adhuc pauca libassim, taliter me gustu illecebrosi saporis
illexit, ut primi quedammodo parentis imitator, domino repete con-
tempto, ad satietatem studuerim peruenire; magisq; consilium sua-
dantis, quam imperium dominantis audierim. Nam ut omnia pectoris
mei arcana manifestem, videbar mihi libri ipsius verba adhortantia

Nnn 2

audi-

audi e: Quid cessas ingrate, quid dubitas? Nosti erga te communis
Domini voluntatem, quam diuersis occasionibus te elimare contem-
dat, quam tibi etiam in iusto spiritales cibos soleat bonus pastror gen-
re. Mihi crede, plus tibi, si distuleris, quam transtuleris imputabit, qui
studiosis fauere, noa inuidere consuevit. His & talibus silentis adlo-
quisi in vincula eius me voluntarius pariter & coactus sponte conieci,
ad exempladum cum festin^o accessi. Quē nescio vtrum, sicut es trans-
scriptum, an paratum reddere debeam. in vestro pendet arbitrio. Ego
tamen libens mulctam, quam intuleritis, excipiam, quia remedium
meum, vestrum credo esse decretum; & lententiam vestram, mede-
duco esse, non poenam.

*Domino peculiari in Christo domino, patrone Sidonis
Ruricius.*

ITame recens prædictio, & antiqua dilectio vestræ pietatis illerit,
ut audeam auribus vestris ineptis meis facere sapientiam iniuriam;
dum vestram, quantum sterili ingenio conceditur, attingere cupio
disciplinam. Quam eti^m adsequi grande est, atq; difficile, sequi tamen
pulchrum est atq; sublimem. Quoniam summarum rerum non adeptio
tintum, sed etiam imitatio ipsa iucunda est. Quia nunquam fere ali-
quis eius rei portione ad integrum caret, ad quam scandere ac perue-
nire contendet. Desidero itaq; Domine mi, desidero, inquam, tuis
cibis refici, tuo fonte potari, tuis repleri dapibus, tuis epulis figurari:
quas si quis, distribuentibus vobis, non summo ore libauerit, sed totis
animæ visceribus appetens coniuia sorbuerit, atque intimo pectoris
postmodum easdem ruminaturus abscondetur; incipiet assiduis ru-
stationibus in laudem Domini omnipotentis erumpere; referens
corde, ore ieiunus, dum satur esurit, & saturatus esuriens; magis in
regeneratione saturandus. Nec deesse poterit cibus, cuius pausus in
verbo est. Ut ego harū deliciarū particeps esse merear, vestris patro-
niis obtainete; mihique supra mensuram virium connitenti auxilia-
tores accedite, simulque & ab ouili vobis credito non inueniar alieni-
nus. Orate, errantemque ouem à pascuis tæculi ad caulas Dominicas
reportate, quia confido, quod intercessionibus vestris fieri
possit agnus, qui vester meruerit esse
discipulus.

Domi-

Domino, pectoris suo Lupo, Ruricius.

10.

A Ccepiliteras magnanimitatis tuę, quibus excusare dignaris, inopia; simulq; etiam indicas, te mirari, cur, cum mihi eorum frequentia superpetat, verborum quoq; copia compta non desit, vobis scribere sapius detrectem. Quod vos per ironiam, vt est leporis verbi, & me sciat laborare egestate sermonis, ac sterilitate exilis ingeni, velut astius mensibus arentis venar cursum sudare, non fluere. Addidistis etiā sicut ACHILLI PATROCLYM, aut HERCVLI THESEVM, vel THESEO PYRITHOVM; ita vos mihi debere sociari. In his fabulis factisq; maiorum non prærogatiuam personarum, sed comparationem debemus dilectionis accipere; vt amicorum recolentes nomina, sequamur exempla; & eorum in nos vocabula transferentes, merita conferamus; atque ex iporum gestis magnifica quæque & honesta carpentes, vt nostræ utiliter coaptemus; & seruiamus nobis in caritate candida, non adulatione fucata. Studeamusq; quod ritas peragat; vt dum imitari videatur antiqua, relinquamus imitationem facta laudantes, laudemur à posteris. Hæc erit, domine mi, flama pectoris mei, persuasiōnū tuę, quām conscientię meę amplius credens, gerulo festinante, breuiter cursimq; dicāt: quā peritia tua, & probitas tua, si amici verecundiae consulet, aut celare debet, aut emendare curabit.

Dominus sublimi semper quo magnifice Fratri Fredo. Ruricius.

11.

Q Voniam amicitati nemoris vestri etiam deserti nostri ineptias, non specie, sed proceritate placituras; non fructibus, sed sui peregrinatione mirabiles; non vsu aptas, sed amicitate iucandas. quippe que cum coaluerint crassitudine umbrarum * ceuenarum frigus oceanis in sestatibus præbitur. Et hoc inter illas præclarissimas diuersi generis arbores, tam decore, quām virilitate præstantes, opulentas onore, distinctas flore, odore fragrantes. Illis enim industria veltra contulit, quod soli natura non protulit. Nam ut ruborem

Nan

Voces cor
rupit.

rem rosarum, liliorum candorem, lauri perpetuum virorem, & illi
huiuscemodi similia vifibus pratermittā (quia sēpe perabundantiam
preciosa vilescunt, & facit copia quotidiana fastidium) illuc etiam
graminum, germiaum, frutetorum peregrinae conlatae sunt suauita-
tes, vifui, vifuiq; vernantes. Sed quid illuc primum laudandum sit,
aut mirandum, vbi etiam temporis intemperies temperatur? Sigui-
dem inibi torridæ feroꝝ & statim vmbraꝝ, quam vndarum ri-
gore depellitur. hiemis vero in tantum non sentitur asperitas, vtr in tra-
cedon potius tepræ aëris, & cantus avium, veris reddat effigiem. Sed
eadem ruris vestri diuitias, delicias describere, aut enarrare contendō; ad cuius
laudem etiam ingenia maiora succumberent? Date itaque impuden-
tiaꝝ meꝝ veniam, quam extorristis, qui vt auribus vestris verbosuſ
existerem, dignatio vestra me compellit. confidens, quod Epifula
longior vobis, dominis meis, si displiceret affatuſ, placaret affectu.
Cūm intellectuſis eam non pro eloquentie lepro, sed pro vefro
amore copioſam, ſimulq; quia ſciebam ſublimitatem vefram in ami-
cis veftris plus reprehendere taciturnitatis verecundiam, quam lo-
quacem familiaritatis audaciā.

Domino pectoris ſui, Ceflo Ruricuſ.

Trepidō in præconiū veftrum os elingue reſerare, cui ſeo iure
etiam ingenia maiora ſuccumbere. Quid enim primum de af-
fectionis, aut dignationis veftrae laude commemoſem? qui om-
Fort. oris. nes mihi ruris, * moris, & quod his omnibus maius eſt, caritatis de-
licias contulistiſ, aut certe li quid horum defuit, deputandum tem-
pori, non vobis eſt inputandum. Nam totum apud vos quod
catum, pectus, quod habuit clarum, mundus, inueni, nulla inpe-
nitus iocunditate fraudalit; quin etiam deſiderabile mihi hospicioſ
mei defertum veftra vicinitate feciſtis. Et idcirco me magis finiu-
mum vobis eſſe congaudeo, quia non ex toto malus eſt, qui bonis
iungitur. Sed ne exhibeat vobis ipſa incepit ſui longior ſermo fa-
ſtum; ſalue largiſſimum dico; & vitrarium, ſicut iuſſiſtis, me
deſinaffe ſignifico: cuius opus nitore, non fragilitate oportet ini-
tetur vt dileccio, quæ nobis a parentibus relata, magistro tradita,

vita commissione, firmata est secundis, elmetur aduersis, nulla penitus turbinum procello frangatur. Nam sicut auri atque argenti pretiosa sinceritas si æris, aut plumbi, vel cuiuslibet alterius materiarum vilioris fuerit admixtione corrupta, nisi ignium examinatione purgatur, nec splendorem naturalem poterit habere, nec sonum. Nam nec visu claritatem, nec tianitum reddit auditui, magisque raucum resonat, si feratur, & stridulum. Hanc ergo sententiam, non meam, sed Domini, frater optime, contuentes patiter & sequentes, ita vitam nostram medio cursu, gubernatore ipso Domino, temperemus, ut quam serenitas adrideat, prosperior flatus inviteret, mare placidum blandiatur; scientes tamen illam æquoris subiecti planitiem ad instar montium repente consurgere; neque in alium nauem nostram patiamur impelli; vbi eam aut tempestas soluat, aut vnda demergat.

Domino pectoris sui Celso Ruricius.

R Ecepi apices germanitatis tuae, qui mihi non parum scrupuli reuelerunt. Vere enim, ne secus de litteris meis quam à me missæ sunt, censueritis. & idcirco quasi temeraria præsumptionis memorie videamini, dum ut pro vobis orem, ac sepius commoneam, postulatis. Egone frater optime, castigare vos audeam, qui me nequeo castigate? Ego ne vos, qui me faculiad-
huc in turbinibus tanquam in maris æstibus cymba instabili flu-
stantem, quasi iam de sublimiori specula vel eminentiori colle re-
spicitis? Egone vos, qui ad portum veniæ per penitentia indul-
gentiam, Domino gubernatore? Non ego penitus, frater di-
licite, sic scripsi, ut mihi aliquid blandiens, vos improbo den-
tate morderem, nec ut vos laderem; sed mihi Epistulae familiari-
tate vincirem. Nam si bene consideretis, votorum sunt illa ver-
ba, non actuum; & optantis potius, quam monentis, quia non
quid ageremus, sed qualiter vellem, ut viueremus, exposui. Ceterum
si actus viræ meæ præterita præsentisq; discutias, pudebit te, inti-
mo & secretissimo fratre teste, ferre, quæ non puduit Deo teste
* promittere, pro quibus facinoribus meis sporo vos potius Domi-
no supplicetis, ut quos in hoc sæculo amictuarum & propinquati-

*Deest vere
bum.*

*For. com;
mittere;*

tatis voluit esse consortes, in futuro bonorum iubeat esse particeps.

14.

Domino pectoris sui Celso Ruricius.

Fors. far-
tura.

E Quum qualem iusseras, destinavi, mansuetudine placidum, membris validum, firmum robore, forma præstantem, * factum compositum, animis temperatum, nec præproperum scilicet velocitate, nec pigrum: cui frenus & stimulus sit, sedentis arbitrium, cui ad euhendum onus, & velle suppetat & posse; ita ut nec cedas superposito, nec deponas impositum. His itaque, sicut oportuit intimatis, salutatione pralata, pollicitatione dispensa, promissa depositus, ut ad solemnitatem sanctorum ad nos, Deo propitio, una cum forore venire dignemini: honorem Patronis, fratribus affectum, gratiam populis præstirius.

14.

Domino suo peculiari in Christo domino patrone Eonio Epi-
scopo Ruricius.

A Gnito transitu sancto, & venerabilis apud me recordationis domini mei decessoris vestri, Leontij, animo & mente confusus diu multumq; tristatus sum, quod & impeditibus peccatis meis, tanto antistiti occurrere non merueram, & tali essem parente priuatus. Cuius eti exterioris hominis non fruabar aspectu, interioris tamen gratia delectabar, & mentis acie iugiter adhærebam; per quem & in quo mihi præsens quodammodo & cernebatur obtutus, & audiebatur affectu, & palpabatur ad tactu, & tenebatur amplexu. Siquidem cari nullo se melius loco, quam in corde, caritatis ipsius sede conspiciunt. Vnde & amplius desiderabam oculis videre carnis libus, quem ita spiritualibus intuebar. Sed dolori meo consolationem ea quæ prius tribuerant, solatium ipsius merita dederunt. Quia confido, quod quem paterna pietate dilexit, & fedula intercessione custodiat. Sed haec sanctitatibus vestris quasi vobis locum colloquens, atque à vobis mercoris ipsius leuamen requirens, distante dilectione, reuelerim. Nunc vero, ut dicere institueram, accessione ipsius domini mei, & apostolatus vestri ordinatione comperta, ad officium vestrum mittere cogitabam. Sed muneribus vestris humilitatis meæ præuenit obsequium, quæ mihi maiorem scribendi fiduciam contulerunt, quia præsumo, quod quem liberalitate feceritis di-

gnum

gnum, ab animis vestris non habecatis alienum. & ideo sicut dictis intellexi, quoniam tanti habere dignanimi, sospitationem beatitudinis vestra per litteras vberem dico; simulq; peculiari prece deponso, eo mecum agere tanto habecatis affectu, vt dominum LENTIVM præmisisse, & commutasse potius, quam perdidisse cognoscam.

Domino venerabili, admirabili, & sanctis omnibus equiparando, Fratri, Sidonio, Videnri, Ruricius.

16.

Olim te, frater charissime, fama celeberrima prædicante, cognoui, & in sede caritatis illis, quibus ipse melius terrena despiciens, & celestia diuinaque consideras oculis mentis aspexi: unde ipsius nomen adscripsi, cuius munere donatum esse te vidi. Et ideo dum te in speculo cordis diligenter, & pulchritudinem interioris hoministui vehementer admiror, ad desiderandum animi mei viscera conicitisti, quæ in tantum affectum tuum meracissima dilectione commota sunt; ut quem spiritualibus oculis contempnor, etiam carnalibus cernere concupiscam. Quamobrem, salutem in Christo Dominino plurimum, dicens specialius, quæso, ut viua cum domino meo EPISCOPO; quem ad nos venturum pro sua dignatione confido, vobis, ad humilitatem nostram visitandam, faciat is iniuriam, ut possimus in unum positi fructum de nostra inuicem carpere præfentia; dum sciscitantis intentio, fit respondentis eruditio; & mutuus quodammodo profectus dilcentis efficitur, & docentis. Pax, pax, pax.

Domino animæ sua, & totū in Christo Domino dilectionis viseribus excolendo Pomerio Abbatii Ruricius.

17.

Episcopus.

Scripsum est, sicut ipsi inclius nostis, Mihi Vindictam, ego re- Deut. 32.
tribuam, dicit Dominus. Iam vos mihi siquid imputatis, igno- 35.
scite: quia sciatis Dominum vindicasse. Tam autem nos effittere
bus noueritis, in tam abditas solitudines inductos, ut eas retexere
animus horreat, mens refugiat, sermo non queat. Incurrimus nam-
que semitam obstructam ramis, spatio constrictam, spinis hirtam,
stirpibus clausam, obstatam sentibus, situ asperam, saxorum aggredi-
bus impeditam, radicu connexione constratam, ceno voraginolam,
viam tam variis, tamque multiplicibus malis non esset simplex forma
OOO pccm.

periculi; dum caballorum pedes radicum virtus derinet, & soli pugnredo non sustinet. montibus vero ita in sublime porrectam, & valibus in profunda demersam, vt nos per undosum mare, excitantibus ventorum saeuentium flabris, crepto ab oculis nostris nebulas nubibus die, iter agere crederemus. Quia etiam mundoradus solis illuxit, ad nos præ densitate nemoris splendor ipsius, & calore peruenire non valuit, dum nos ita per iter infelictum felicitum proceritas premit, & sic inundatio roris adsperrit, vt contracti fure, vel coacti apicitatem ignis plurimi diebus cynoeca manu quærimus. Sed cum ad locum, ad quem tendebat intentio, peruenissemus, vallati aquis atque madefacti, siti occipimus depare. Quia cum esset, vt diximus, rigor in aere, erat tamen tempore in fonte, odor in flumine, ardor in campo, aestus in castro, & breui sermone vniuersa concludam, per talen viam nos iter egisse cognoscite, per quam nec ad paradisum, nō dicam ad exilium ire quam delideret. Quapropter quia haec omnia Dominus nos fecit, me incurtere, & vos iussit euadere; peccata mea à vestris mens etiam visibili itinere discernens; & vos qui arcta & laboriosa spitaliter pergitis via, istas non incideretis angustias, & nos qui lata & spatiosa, retrorulum semper respicientes incedimus, huius incurrimus iniurias. Orate Dominum, cui omnia possibilia confitemur, ut etsi per diuersum iter, ad unam nos tamen vibem faciat conuenienter in quam nos misericordia potest inferre, vos merita.

18.

Dulcissimo & ynnuino filio Omatio Ruricius Episcopus.

VT per VENERIVM dulcedini tuae non scriberem, non negligenter, nec imputationis alicuius, sed occupationis fuisse cognolce, vnde has per AMELIVM dedi, quibus salue plurimum dico. & vi propo- positi tui semper reminiscaris, comoneo. Nec animum tuum iam Deo dicatum aut à cepto itinere blandior visus auoce aut modulator corrumpat auditus, aut dulcior gustus in facie, aut mollior sollicitus tactus, aut suauior odoratus illiciat, & per fenestræ corporis mos intromittatur ad animam. Sed neq; stiuam tenens, contra domini sententiam retro respicias, vt directum linæ sulcus amittat: quin porcus ita in eum, cui te, ipso inspirante, voulisti, omnibus sensibus inhies, & corde defixus adhaereas, vt cum te vel yna præfatorum vitorum illex forma pulsauerit, fide firma, & diuina meditatione munitum pectus adire

Luc. 9. 16.

adire non possit. Et quamlibet in turbis positus esse videaris, intrans
in cubiculum cordis tui, clauso ostio tuo, Dominum orare non de-
sinas; ut qui videt in occulto, dicat tibi, sicut sancto Moyso vociferanti
ad te non voce, sed corde dicebat: Quid clamas ad me? Et spero
vi in talibus orationibus etiam mei meminisse digneris, & citius te ad
nos, etiam si inter nos reducit affectus, desiderium dulcissima & salu-
berrima quietis adducat.

Matt. 6, 6.

Exod. 14, 15.

Explicit Domini Rurici Epistolarum liber primus.

INCIPIT LIBER SECVN.
Epist. I.
D V S.

*Domini sublimissimi in Christo Domino deuini etissimi fratribus
Namatio & Ceraunia Rurici.*

Antiqui sapientes amicos duos unam animam habere dixerunt. quod valde verum esse ego prædico, probog; Nam postquam à vestra germanitate discessi, diuisum esse me sentio, partemq; meam vobis residisse cognosco. Nec absentibus vobis integer esse mihi videor. Et cum me in me non inueniam; apud vos me, ad vos reuerlus, inquiero, atq; ibidem, quantum iubes reliquissim; tantum vestri mecum abstulisse conspicio. Et ita priusquam fiat, annuente Domino, pignorum nostrorum votiva coniunctio animorum inter nos facta iam diuisio, que * diuino amplectenda magis est diligentibus, quam vitanda; per quam sit in cordibus eorum caritatis integræ sincera trans fusio; cuius ego vinculis conligatum à vobis esse me gaudeo, & talibus catenis vincitus exulto, obstringiq; me earum nexibus magis cupio, quam resolu. Quibus & vos constrictos esse confido. Redeuntibus itaq; vestris salutel largissimum dico, & ex omnibus gratias agens derelinquo, quæ ad præconium nostrum pertinent. Idcirco me siluisse significo, quia ad propriis laudibus, sicut dicitur, et odiosa iactantia, vestra enim laus mea facta est; & ideo, ut dixi, de magnanimitate vestra tacere melius duxi. quia quidquid de vobis dixero, mihi videtur contulisse.

O 99. 2

Dominis

476 Ruricij ad Namaciam & Cerauniam Ep. 2. lib. II.
Dominis sublimissimis, & in Christo Domino deuinitissimis
tribus Namacio & Ceraunia Ruri.
etius.

Intra reliquias grates, quæ à me vobis iure referenda sunt, presen-
tia ac visione patroni communis domini PostVMINI ingens
gratias ago, quod hospitium vestrum fecistis ipsius orationibus
lustrari. Quia dum vobis exhibet fidem, nobis tribuit bene-
dictionem. & licet fuerit vigilantissimus inspectator, importunitas
mus exactor, distictissimus executor; levia tamen hæc omnia
gratia veltra & sanctitatis sua ponderatione pensauimus. quia sicut
Cor. 13.7. scriptū est: Caritas omnia sustinet, caritas nunquā excidit. præcedim
cūm hoc, quod visus exigere, nobis eum credimus Dei beneficio ob-
tulisse. Itaq; eo * propria ciuitate remeante, non q; necessaria essent,
m. s. pro-
pria di-
uitare. Sed gissimum desiderans dico. Iter meum, vell'rūq; conspectum mense-
vocula, di, uenio, atq; omnia, sicut iussisti, & dignū ac debitum fuit, inspec-
tū delera.
An' pro-
pria de ci-
uitate, an'
in ciuitate,
legendum? aliquantisper offendere, quod vñ vocabulum de libello doris vñ
saturni, sed etiam auctum agnoscitis in merito.
3. Dominis sublimibus & in Christo Domino deuinitissimis fratri-
bus Namacio & Ceraunia Ruri.
etius.

Quam grauiter sim de lucre vestro nuntij atrocitate percussus,
facilius vos pro mutuo potestis amore coniicere, quam ego
possum litteris intimare. Quia animus nimio meroe cōficitur, quod
horretrecolere, renuit expedire. Doleo, fratres deuinētissimi, tan-
acerbo casui veltra & toto corde compatiōr. Nam etis ad prasens à
vobis separatus sum corpore, tamen semper mente coniungor. & cū
à vobis animo non recedo, planctibus vestris interesse me credo.
Quia secundum diuinam sententiam quod patitur vñ membrū, om-
nia membra compatiuntur in corpore. Nos enim non solum fide cō-
corporamur in Christo, sed etiam filiorum coniunctione connecti-
nur. Vnde etiam si curarum tanta intemperies permisisset, ad solan-
dos vos, pro Epistulis ipse venissem. Sed quid facimus, fratres optimi,
quod diuinæ resistere iussioni, sicut virtute non possumus, ita nec
volun-

Ruricij ad Namacium & Cerauniam Ep. 4. lib. II. 477
voluntate debemus, & omni aduigilantia praecauere, ne dum dulcia
nobis pignora nimio dolore defleamus, blasphemij, aut quodammo-
do iniuriosi videamur in Domino; & grauius animam nostram au-
& oripius meritis inuenta occasione confodiat, quam carorum amic-
fugendum est, & ad illum omnes casus nostri toto corde referedi, qui
fanat vulneratos, qui releuat mactos, qui consolatur afflictos, & illa
sententia sancti Job omnino dicenda est: Dominus dedit, Dominus ^{Iob 1. 21}
abstulit, sicut Domino placuit, ita & factum est, sit nomen Domini be-
nedictum. Hæc ergo Domini pectoris mei, scribere vobis idcirco
prælumpsi, vt dolor em communem, quem sciebam, quod verbis meis
mitigare non poteram, vel diuinis eloquiiis vt cunq; moderarer. Et ve-
re non minimum potestis capere de Christi voluntate solatium, quod
quatenus ipsum immaturus manebat interitus, talen^{tum} cum est digna-
tus assumere, qualium regnum dixit esse celorum; vt & patronum
haberetis ex filio, & minus doleretis amissum, quem à Domino vide-
batis aßumptum.

Dominus sublimibus & in Christo Domino deuinitissimis
fratribus Namacio & Ceraunia Ru-
ricius.

Sæpius, carissimi fratres, propter communis luctus acerbissimum
casum vobis scribere, aut ad vos venire disposui, sed semper me &
ab itineris procin^{ctu} infirmitas corporis, & ab epistulari officio ni-
mius dolor cordis retraxit. Nam si quando ad scribendum animum
conatus sum intendere, statim sensus horruit, mens refugit; & ita mihi
pro sermonibus semper fletus occurrit; vt prius paginam lacrima-
nam indicans de filij amissione pietatem.

Bis conatus erat ca^sus effingere in auro;

Eis patria cecidere manus.

Vel quod potius à me dicitur: Quoniam negabat consolari ani- ^{Psal. 76.3}
ma mea. Haud iniuria. Perdidì enim filiam, quam & me suscepisse,
& vos genuisse gratulabar, perdidi vitæ solatium, posteritatis spem, de-
cūs familiæ, cordis gaudium, lumen oculorum. nec simplici sum
orbitate percussus, nam cum filia & fratres amisi, quorum me so-
labar affectu, quorum me coniunctione iacobam. Disruptum est, fra-
tres carissimi, vinculum germanitatis nostræ, ablatum nobis est pignus
Ooo

mu^uze

mutuæ caritatis. Heu mihi, fratres optimi, dum depositum relatum
cuius me traditione ceperatis, amitto, vñā vos perdidit, & ideo invia
necessitudinis gradu, complurium mihi necessitudinum solita subita
suspiro. Solam tamen patriam, quæ mihi per ipsam acquisita fuerat,
non amittam, qui hanc mihi potissimum terram, quan illa corporis
suo occupauit, patriâ indicabo. Sed quo immemor officij, memori orga-
tie, dolore impellente, progedior? & tempore aliquatenus vulnus
obductum, tediua recordatione, tanquam noua sectione recindo?
& qui consolari vos potius per diuina promissa cupiebam, consolatio-
nē ipse nō capio. Causas tamen vobis recidui huius doloris exponam.
vt cung: enim animus micerore confectus recipere consolationem A-

1. Thess. 4. postolica exhortatione iam cœperat quæ ait: Nolo vos, fratres, igno-
rare de dormientibus, ne contristamini, sicut ceteri, qui spem non ha-
bent. Sed vbi infelix noster communis aduenit, & cum sine ea, qua-
prius splendebat, gemma conspexi, per quam mihi & acceptior esse fo-
lebat, & gratior, & quasi ornamento proprio spoliatus, mihi & indeco-
rus apparuit. Nouit ille, fratres carissimi, qui cordium occulta rima-
tur, quod ita mihi dolor repente geminatus est, & ita mihi perfin-
gulos dies de tanta indole illius, & istius desolatione affectus dupli-
catus & luctus, vt nec hunc aspiceret; nec illius meminisse sine lacrimis
quacam; & Propheticum illud sepius dicam: Quis dabit capit meo
aquam, & oculis meis fontem lacrimarum? Sed ille populi sui pec-
ata deflebat; ego vero propria, quæ & me & vos pondere suo & nu-
merositate prefflerunt; Ego vt illius mortem, & meam vitam, illam
defunstan, & me superstitem plangam. Longe aliud tibi, vene-
rabilis soror, quasi de nostris meritis præsumebas, cum tantum tibi
nimia caritate decepta, de nostris orationibus, me refellente, promi-
teres, vt domum tuam nostra intercessione saluandam, & filiam per
me, vt ita dicam, fore crederes immortalem. Sed cito apparuerunt
merita mea, quæ me inremediabili vulnera lauiciarent, & te feci,
quām oportuerat, de peccatore credencem, tanti pignoris orbitate
percuterent. Vel nunc certe in Christo Domino venerabilis soror, &
te falsa credidisse, & me vera dixisse cognosces. Sed nimium diu im-
memores præceptorum celestium humano dolori præbemus adlen-
sum. Ad diuina nobis præcepta redeundum est; ne ita plangamus
corpo mortuam, vt ipsi corde moriamur. Discedentes ergo paulu-
lum de presentibus, rursus futura cogitemus; vt quos infirmant
præsentia, futura corroborent. Nos debemus, fratres carissimi, illam
ferre

2. Jerem. 9. 16

ferre conditionem humanæ fragilitatis, quam & Prophetæ, & Apostoli, & sancti iustique omnes, vel quod maius est omnium, Dominus noster suscipere dignatus est. Deplorare (sed magis Deo gratias agere & gaudere) non conuenit, quod filiam, quemquidem voluimus, quam Divis, q̄ dederat, promisit, habuimus; & quidē mutauimus, non perdidimus; sed ad Christum, ipso iubente, præmisimus. habere enim filios, generalis est beneficj; bonos vero habere, specialis est premissio. sicut vivere commune est omnium; bene vero vivere & bene descendere de hac vita paucorum est; non tamen naturæ conditione, sed culpa, nec diuina præscriptione, sed propria voluntate. Etideo non turbetur cor nostrum, nec filiam pro amissione, sed pro desiderio defleamus: nec vt Dominicis promissis increduli, aut præcepti oblii esse videamur. Fleant liberos suos, q̄ spem resurrectionis habere non possunt; quam eis perfidia sua admittit, non diuina sententia. Fleant mortui mortuos suos, quod in perpetuum afflant interisse. Illi nullam morioris sui habeant requiem, qui non credunt esse requiem mortuorum. Nobis vero, quibus & spes & portio Christus est, spes in terra morientium, portio in regione viuorum; quibus mors ista non naturæ, sed vita praesentis est finis; quia eam in melius credimus esse reparandam, iuxta Prophetam sententiam: Cum corruptibile hoc induerit incorruptionem; Cum Propheta dicendum est: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino visum est, ita factum, sit nomen Domini benedictum. Quia tenenda est in tentatione pœnitentia, ne cogat aut ore aut corde delinquere.

Fletus itaq; vestros fides prompta deterget; quia credimus carnosos nostros vitam nō tam perdere, quam mutare; relinquere sæculum eternum & lucibus plenum, & ad regionem beatitudinis festinare; Exire de peregrinatione laboriosa, & ad quietis patriam peruenire. Vnde & Propheta dicit. Edue de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo. Credite mihi fratres carissimi, quia illa iam de sua quiete secura, de nostra est salute sollicita; quæ si nobiscum posset misericordia conloquia, hoc diceret: Nolite pij parentes, nolite me flere; nec ingrati tam benigno Domino planctibus nimia dilectionis existere. Esto habuerit tempore meæ arcisionis hoc pietas; iam debet dolorem vestrum fides cum tempore temperare. Quia etsi vobis mortuus sum, Deo viuo. Aut nunquid vos magis potestis amare, quam Dominus, qui me fecit? qui me donauit vita, emit, redemit, quia vobis & quando vobis pro sua pietate suscepit. Aut quod magis doloris vestri

*1. Cor. 15.
Iob. 4.*

Psal. 141. 8.

vestri potestis habere solatium, quam quod Dominus noster unicus filium suum pro nobis est tradere dignatus ad mortem? Et cum filius Dei secundum carnem mori voluerit, homo tam acerbè debet conditionem humanæ sortis excipere? Quamobrem, piissimi parentes vestra potius peccata deflete, & de satisfactione vestrorum criminum cogitate; vt si me in Christo diligitis (quia me verè diligere non potestis, nisi in Domino diligatis) in sinum Patriarchæ venire mercamini, vbi Dominus pro innocentia^{*} meæ puritate, & pro fata pietate constituit, quia misericordia eius melior est super vitam, vt ibidē non fallit, sed veris; non temporalibus, sed æternis gaudijs pariter exultare possimus. Talibus oportet, vt vos, optimi fratres, & his similibus preciis ac^{*} sponsibus Dominicis consoleamur. Quia sicut apud Dominum futura iam facta sunt, ita fidelis catholicus promissa cœlestia, quæ tempore suo implenda confidit, debet etiam quodammodo habere præfertia, spe præcipere, possidere fide, operibus obtinere. Hac enim sunt, quæ nobis exhibent in mœroribus solatium, in contrariis fiduciam, in prosperis moderationem; ne aut extollamur secundis, aut cedamus aduersis, aut tristibus consumamur. Hec ergo, fratres charissimi, transmittenda vobis ad communem quandam consolationem, non sine magno animi dolore dictauit, nec me paulo latius protraher sermonem affluentia verborum compulit, sed æstus animorum; ut desiderium, quod recordatio accenderat, commemoratio diutina cerebra leniret; & in hoc etiam parem gratiam erga communem filiam conprobemus. & sicut nos eius vita deuinxerat, ita cuius memoriam eadem dilectione custodiat,

*Domino sublimi & in Christo Domino deuincissimo fratri
Namacio Ruricius.*

Qui occasionem scribendi pro necessitudinis iure perquirimus oblatam, prætermittere non debemus; vt reddat nobis quædam præsentia portionem sermo meditatus, qui emittitur, & non admittitur; tribuitur, & habetur; videtur discedere, nec recedit; à me dirigitur, à te suscipitur; à me scribi, à te legitur; nec tamen diuiditur, cùm quasi diuisus integer utriusq; corde teneatur. Quia verbi more diuini traditur, & non egreditur; confertur indigenti, & non auferunt auctori; accipientis lucrum, sine dispendo largientis; ditans inopem, nec attenuans possesto:

REMI.

Domino

Domino suo, & peculiari in Christo Domino, patrōno, Cro-
nōpō, Episcopo Ruricius Episco-
pus.

6.

In ordinando grege Domini, vel regendo, inter speculatorēs atque præpositos non præsumptio debet esse, sed ratio; & de custodia sollicitudo, non de peruatione contentio: ne mercenariorum subiectant notandum, dum pastorum non tenent disciplinam; & inueniantur, sicut Apostolus dicit, Non Christi gloriam affectare, sed propriam; dum malunt ab hominibus percipere laudem, quām à Domino exspectare mercedem; præsentis appetitores lucri, & præmij contemptores aterni. Vnde sicut idem Apostolus docet si pacifica ad opus sanctum cōgregatione concordes, si sine simulatione diligentes, si cum Rom. 12. 7. sollicitudine ministrantes, si vniuersi capitūs membra sumus corporis vnamiter debemus esse rectores. Quia caula gregis Domini posse sunt esse numerositate multæ, non fidei varietate diuersæ, vt, sicut ipse Iohann. 10. 16. Dominus prænuntiari dignatus est, non nobis per inuidiam diffidentibus, & per dissensionem gregem Dominicum diuidenibus, multiplex per nos schisma procedat, sed magis per unitatem doctrina simplices oues Dominicæ congregantibus, siat nobis unus rex, & unus pastor, qui sicut est rex regum, & Dominus dominantium, sacerdos sacerdotum, & pontifex pontificum; ita intelligatur & pastor esse pastorum. Quamobrem studio caritatis, non cupiditatis, * has ad sanctam GEMILIACENSI, hū. etiati veliram presbyterum meum pro diocesi, vnde iam pridem vobis scriperam, defunauit; ne si tacuisse negligenter deputaretur non concordia rationi inrationabilis vides certe non pauci, vt si agnoscitis vera esse, quæ dico, aut iusta quæ repetto; nec me iniuriam diutius, nec vos inquietudinem diutius sustinere patiamini.

Domino sublimi semperque magnifico Fratri Elasio Ruricius
Episcopus,

Ita propitio Deo operum tuorum fama percrebuit, vt omnes in laboribus constituti commendari se germanitati vestre omni pre-
cum ambitione depositant. Quia satiationem suam apud vos effe-
ctum habere non dubitant. Vnde etiam portitor harum nomine VLA-
FILA, quem mihi * FRARETRIVS presbyter suis litteris commendauit, vel Frase-
ad vos commendatias postulauit, quas ei & ipsius iustificatione diuina, & pro inno-

PPP

7.

iussione mutua libenter indulsi. Quibus individuæ caritati vestre sal-
ue plurimum dico, & prefatum pro affectione germana, non pro po-
tificali autoritate commendare presumpi. Quia in peccatore amittit
dignitas dignitatem; Cui honor indebitus oneri est potius, quam ho-
nor, quod licet vobis placere pro nostra deuinctione confidam, et
men siquid nobis veri vel vicarii amoris impenditis, spero condoleatis
potius, quam gaudeatis, quia indignum me, & penitus non meren-
tem non attollit res tanta, sed deprimit,

*Domino sancto & Apostolico & mihi praeceteris in Christo Domi-
no cultu affectuq; peculiararius excolendo patrono & Papa
Aenio Ruricius Episcopus.*

8.

*Fort. quo-
tiescunq;
aliqui.*

Q Votiensq; quicunque sanctos aut apostolicos viros quos mi-
sericordia opera, operu merita, meritoru vita commendat, atq;
omnia m virtutu fama disseminat, ærumnarum mole depresso co-
guntur expetere, dum literarum solatium querunt laboris suo, benefi-
ciu conseruant desiderio nostro. Et cum sit illorum labor noster do-
lor, sit tamen per officij conlationem eorum necessitas, quadammodo
caritas nostra, quia dum ipsorum adquiescimus petitioni, nostræ
satisfacimus voluntati. & ita sit ut egestas petentis, sit largientis utilitas.
Fratri itaq; & conpresbytero nostro, Possessori nomine, * quo pi-
us est potius, quam facultate; quia quod habuit pro fratre redem-
ptione profudit, factus est possessor paradisi, dum proprietatis facult-
us desinit esse possessor. Ad apostolatum vestrum commendatias po-
stulant libenter indulsi. Cuius necessitatem si dignatur plenius san-
ctitas vestra cognoscere, epistulam, quam ad humilitatem meam fra-
ter noster EVMERIVS episcopus per ipsum direxit, tanti habeat recen-
sere; & illic agnoscat qualiter ipsi debeat & pro consuetudine confi-
lere, & pro caritate mutua condolere. Qui ut fratrem ab hostibus red-
deret liberum, se creditorum maluit esse captiuum. & ut ille crudelissi-
ma morte non priuaretur vita, ipse extorris est factus è patria.

*Primi erat
in M. S.,
coincidentes.
Rom. 1. 13.*

Sancti apostoli Pauli sententiam * constituentes qua Romanis
scribentes ait: Nolo vos ignorare fratres, quia sæpe propofit venire ad
vos, sed prohibitus sum vsque adhuc; & nos dicere pudore instigante
compellimur: Crebrius volumus ad sincerissimam pietatem vestram
scripta dirigere, sed prohibiti sumus vsque nunc; prohibente animi-

rum

rum illo, qui bona voluntari consuevit semper obseruire, inuidens sci-
 licet profectui nostro, & affectui vestro; affectui nostro, & profectui
 vestro; * profectui nostro & affectui vestro. quia doctrina vestra, eru-
 ditione nostra est; & epistula nostra, conlatio desiderij vestri est; & rur-
 sus profectui vestro & affectui nostro. quia eruditio nostra, merces ve-
 stra est; & * tempora conlatio desiderij vestri, vestri est sermonis affe-
 ctus. Ita enim paucis diebus, quos mihi vere & paucos & brevissimos
 vester fecit affectus, dum contemplatione vestra non solum satiari
 noster nequit, verum etiam videndo magis exardecit intuitus;
 cum nos & desideraremus praesentes, & ad hoc coram positos quae-
 reremus, sensus nostros fonte purissimo benigni pectoris irrigatis,
 praesentiam tamen vestram intra mentis meæ arcana possideam, & ef-
 figiem vestram in speculo mei cordis intuar, quam illuc tu caritas
 perfecta depinxit, ut nullius ætatis obliuione possit deleri; quia
 iugis recordatione momentis singulis innovatur. Illic enim vobiscum
 ex consuetudine pietatis vestra lecretus conloquor. Illic etiam de vita
 melioris institutione pertracto. Illic vos labii mentis excolutor, &
 manibus cordis amplector. Quo fit, ut vera dilectio, quæ in vis-
 ceribus meis viua vultus vestri figuratio nutritur & igniculo carita-
 tatis accenditur, amoris vestri yicissitudinem mihi repromittat. &
 animus meus mihi animi vestri fideiussor adfusat; dum quantum
 mihi de vobis presumere debeam, conscientia mutua dilectionis pe-
 catus interrogo. Vnde scribendi mihi adiutu orationibus vestris tan-
 dem aliquando referato, hanc salutationem defero, & intercessionem
 peccatorum requireo. Illud speciali prece depositens, ut misericor-
 diam Dei nostri assiduis petitionibus flagitatis omnibus delictis me-
 is, atque omnibus, opitulantibus vobis consuetudinaria clementia &
 copiosa bonitate, delictis, & si non ad idem premium, saltem
 ad eundem nos portum quietis iubeat peruenire; ut quatenus hic pro-
 pter spatia interiecta terrarum oculis corporis sapientia nos videre non
 possumus, vel ibidem de mutua praesentia gaudemus. ut quan-
 do vobis à iusto iudice retributatur corona meritorum, mihi à piissi-
 mo redemptore, & aduocato perfectissimo * commisorum venia M. S. om.
 ne in iudicio puniat culpam. quia nouit quippe omnipotens nec in fort. omis-
 bonitate elementia iudicij perdere veritatem, nec iudicij severi- for. omis-
 tate clementia amittere bonitatem. Et ideo per ineffabilem miseri- for. omis-

PPP 2

cordis

cordis ac virtutis operationem vobis praestare dignatur, vt quod licet
veritate coniunxit, illic habitatione non separaret; promissionem re-
firat recolens peculiarius rogo, vt fratrem POMERIUM, sanctitatem ve-
stra non solum non retineat, verum etiam ad nos venire compellat;
M.S. nobis partem que suam nobis in diuiduum vtriusque transmittat. Nec
individua partem a vobis discedere, si ad me accesserit, iudicetis, quia & vos luci-
provinciam ueniet in me, & cum eo vos, residente corpore; vt confidimus,
corde venietis. Sed & inde non paruum fructum habere poteri-
tis, si rusticitas nostra doctrina ipsius aliquid in Dei timore profi-
cerit.

Domino anima sue & in Christo Domino vii cibis excelen-
do Pomerio Abbari Ruricius Episco-
pus.

AE. 4. 32. **S**Apientes facili amicos duos vnam animam habere dixerunt, quod
ego etiam ecclesiastico testimonio verum esse confirmo, quod
ritate, non numero, & fidei simplicitate, non singularitate personae. Hoc
ergo praececo proboque, nam ex quo a vestra vnanimitate discessi, di-
uisum esse me sentio, partemque meam vobiscum reseleisse cognosco.
Nec absentibus vobis, integrum esse me credo; & cum me in
me non inueniam, apud vos me ad vos regressus inquiero; atque ibi
dem quantum me vobis reliquisse, tantum vestrum mecum absens esse
conspicio. & omnipotenti Deo gratias super tam admirabilis facta
eius refero, quod ita generali tribuere dispensatione dignatus est, ut
inter eos, quos locorum interualla discriminant, liber ac nullis con-
clusus absentiae legibus animus commearet; nihilque esset tam impe-
ntrabile, quod mentis aspectibus non pateret; sed per cordis intuitum
inde se inuicem cari, gratia intercurrente, conspiceret, ubi caritas ipsa
consistit. Et ideo salutem plenissimam erga me quantu[m] propria mente
cōficio, pietati vestra deferens, omni precu[m] ambitione depositos; si no-
bis parem repensatis affectum, si simili caritate nos diligitis, si aliquid
in vii cibis vestris, amor nostra operatur, si usque ad medullas cor-
dis vestri dilectio nostra peruenit, si ita vos pro me, quam me pro vo-
bis dulcedine potestatis edomuit, ut imperio ipsius nec possitis re-
sistere, nec velitis; ad desiderantem fratrem desiderans quantocius
venire

venire festinabo, beneficio & promissum soluturus debitum, & mutuum mitigaturus affectum. Quia coram positi æqualem vobis gratiam de nostra contemplatione & conlocutione prestatibus, tamq; si, vt diligis, diligis, à me retribuetur caritati tue, quantum tu me ipse detuleris. Nec sanc inueniendo fatigatio poteris formidare. Quia vt ille dixit, vicit iter durum pietas. Et iuxta Apostolum nostrum: Caritas omnia suffinet. quæ nec querit, quæ sua sunt, nec inquam nouit excedere. Oportune etiam desideranti viatori autumnalis temporis congruit cum caritate temperies, si eam tamen præterita æstatis feruor accendat, non aduentis hiemis algor extinguat.

Item Epistula domini Ruricij.

10.

Relectis litteris meis, fortasse miraberis, quod veneratio tuæ, Fratri, scriferim; cum hoc nec ætatem nostræ conueniat, nec honori, quia sicut me maior es natu, ita minor & gradu. Et ideo si ad tuam, Deo propitio, longauitatem, aut ad nostram respexissemus administrationem, aut, Patri, scribere debueramus, aut, Filio. Sed quia & S. Ioannes apostolus in Epistula sua vnis eisdemque, & patribus, & iuuenib; scribit, & pueris, dicens: scribo vobis patres, quia cognovistis eum, qui ab initio est. Scribo vobis Iuuenes, quia vicisti malignum. scribo vobis pueri, quia cognovisti Patrem. Qua discretione verborum non ætatem exterioris hominis, sed qualitatem interioris adsignat. In quantum enim in Dei cognitione ac dilectione proficiimus, patres sine dubio nuncupamur. in quantum vero contra aduersarium, qui tanquam leo circuit querens, quem deuoret, viriliter dimicamus, Iuuenes esse cognoscimur. in quantum vero socordia desidiaz que committimur, & ad incedendam mandatorum viam fidei infirmitate deficimus, atque ad contuenda ac peragenda præcepta diuina à sæcularium aetatum intentione quasi è somno segniores adfurgimus, rectissime puerorum leuitate censemur. Vnde & apostolus Paulus ita commonet negligentem: surge qui dormis, & exurge à mortuis, & continges Christum, siue illuminabit te Christus. Nam & dominus in Euangeliō, cùm ei à circumstantibus diceretur, Eccl. Matth. 12. spondit: Quae est mater mea, aut qui sunt fratres mei? Ita respondens

Ppp 3

1. Ioann. 2.

1. Pet. 5. 8.

Ephes. 5. 14.

Eccl. Matth. 12.

dens Apostolos, sequentes se, Nonne hi, qui faciunt voluntatem patris mei? Mater enim Christi dici possumus, quādo Christū cordege-
stamus. Nam & S. Maria, quæ & Virgo concepit, virgo peperit,
virgo permanuit, Dominum nostrum non complexu virili, sed
de maritante concepit. Fratres vero ipsius efficiuntur, quando in
vitam nostram omni virtutum genere disponimus, fulcimus, or-

Rom. 8. 17.

Cui enim dubium, quod si hæredes Dei Patris efficiuntur, rectissime
& fratres Christi dici ipso adoptante, poterimus? qui nos plamauis
vt suos, redemit ut alienos; elegit ut seruos, adfecit ut filios, plus
mat enim nos potestate, redimit passione; præscientia adficerit in
gratia. Nos tamen filij per adoptionem, ille solus filius per na-
ram; qui vt nos ad eandem, qua excideramus, beatitudinem ro-
uocaret, cùm penitus non desierit esse, quod erat, voluit tamen esse
quod non erat, vt verbum caro fieret. Et dum creator in creature
humilitate descendit, ad creatoris sublimitatem creatura cōscēdit. Quo-
fit, vt humanitati diuina communicent. & diuinitati humana par-
ticipent, secundū illud Apostoli: Qui cū in forma Dei esset, nō rapinā
arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum extinxit,

Philip. 2. 6.

formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, &
habitu repertus vt homo. Humiliauit seipsum factus obediens
vsque ad mortē, mortē autē crucis, propter quod Deus exaltavit il-
lum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in
nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & in-
ferorum, & omnis lingua confiteatur, quoniam dominus Iesu

2. Cor. 5. 16.

Christus in gloria est Dei patris. Vnde & ad Corinthios idem do-
ctor Iribens ait: Itaque nos neminem nouimus secundum car-
nem. Etsi cognouimus enim Christum secundum carnem: sed

Galat. 3. 28

nunciam non nouimus, quia cessante in eo infirmitate corpore, to-
tus creditur in virtute diuina. Et ideo iuxta eundem Apollolum,
quoniam omnes in Christo unum sumus, fratres rectissime nun-
cupamur, quia nos & unus vetus sacri fontis effudit, & eadem
vbera matris Ecclesiæ, spiritu vivificante, lacarunt simul. Idcir-
co, Frater, scripsi, quia & Deo propitio à seculi actibus ad aet-
ernam beatitudinem te animam conuerisse cognoui, & imitatorem
illius Euangelici negotiatoris effectum, qui venditis omnibus suis

comparauit pretiosissimam margaritam. velillius, qui repto in a-

gra

grotheskuo, distractis, quæ habebat, vniuersis, agrum ipsum laudabili cupiditate mercatus est; non alienæ possessionis importunus inhibitor, sed propriæ facultatis prouidus distributor, caritatem, utpote sincerimam, retinens corde pfecto; non ut parcus venderet, sed ut largius sceneret, super quo saepe gaudeo, & Deo gratias ago, quod secundum diuitias bonitatis sua atque virtutis, per inslumabilem misericordiam suam propemodum, ut ita dixerim, contra sententiam suam venire dignatur. Quia cum ipse dixerit, difficile eos, qui pecunias habent, regnum adipisci posse cœlorum. Ecce te & Mat. 19, 31 his dignatus in seculo, & prochere festinat in regno. sed tamen idem dominus continuo rigorem prioris huiuscmodi sententia, quam Apolloli vehementius formidabant, misericordia sua moderamine temperauit, dicens: Quod impossibile esset in se hominibus per naturam, possibile Deo in eis esse per gratiam: quod in te, cui operi ut totis usque impendiis pronus incumbas, pro affectu mutantis caritatis admoneo, ut ita fabricæ turris illius, quam Dominus in Evangelio construi præcepit, strenuus ædificator insistas, ut vœtsarij tu habecant portius de eius perfectione quod dolcitat, quam Mat. 14, 12 de intermissione, quod rideant.

Domino sublimi semperq; magnifico Fratri Praesidio Ruri-
cius Episcopus.

Plerique dum me apud individuum mihi sublimitatem veram non vita merito, sed amicitiarum privilegio multum posse confidunt, commendatitias à nobis, quibus vobis excusentur, inquirunt; quas eis pro officiis nostris necessitate negare non possumus; non presumptionis audacia, sed ministerij disciplina. Dum & illis præsentis vitæ solatia, & vobis prouidere desideramus aeternæ; ut & illi per patientiam vestram reseruentur ad penitentiam; & vos per misericordiam peruenientias ad veniam. sicut dicit scriptura: Quia iudicium sine misericordia erit illi, qui non fecerit misericordia. Quia qui dixit: Dimittite, & dimittit vobis precul dubio, Lact. 2, 13; Lyc. 6, 3, 8, quæ viderit hic facere quod præcepit, in futuro restituet, q; promisit. Nobis enim illius veritas præsto est; illi fides nostra non defit. Vnde mani-

manifestissimè potestis aduertere absolutionem misericordum vestrum, esse indulgentiam peccatorum; & hoc vestris conferendum precibus, quod vos praefitteritis alienis; Iuxta ipsius in Evangelio Matt. 7. 2. sententia: quo iudicio iudicaueritis iudicabitur de vobis. Ideoque pro VRSO & LUPICENO, qui ad me, quasi vobis peculiarter, sicut superius dixi, caritatis iure deuinatum, pro criminum tuorum intercessione venerunt, precator accedo: vt primum Deo, deinde nobis hoc quod commiseris donare digneris & inferi; nec nos de eorum damnatione confundas, quise absolutos esse cum ad humilitatem meam deducti sunt crediderunt.

*Vox mensa-
doe.*

12.

Etalia.

In salo seculi istius aduersis ac diuersis tempestatibus fluctuantem ter rateim ad portum salutis tandem aliquando, Domino gubernante, applicuisse congandeo. in cuius fida ac tranquilla statione compositus, æstus ipsius perfidi, & iniqui, & amari ridebis. Deinceps non timebis de quibus parum formidinis, ita multum gaudi habere iam poteris, quod eos vel retro derelictos respicias, vel in celestiori specula constitutus dispicis, & te etiatis miraris. Superebas, ut clavo magnum insens, altra semper intentus aspicias, & ita cepta nauigationi velum pandas, nete aut in altum vehementioris flatus excutias, aut in vicina littoribus faxa collidat. Neque etiam iuxta sententiam Domini Salvatoris iam suam tenens arantem retrosum clamoribus Sodome conflabentis percitus forte respiciens Loth imferis vxorem. Aut de Ägypto iam profectus, & fluctus rubri maris dextra lauaque pendentis tantum tibi ferentes auxilium, & persequentiibus te parantes exitium, Domino viam tuam & præparante & illuminante, transgressus, & eremi arduum iter arripiens, olla carnium recorderis, aut cœpas, que in modum corporalium voluptatum ipsa sui qualitate corrupti noscuntur, & facienda, nec vultu grata, nec odore suauia, nec stabilitate mansura; quidquid in hoc seculo mulcet auditu, mollescit ad tactu, lenocinatur aspectu, blanditur ut capiat, famulatur ut teneat, illicit ut occidat. Nam quamcumque capere voluerit voluptatem; permanet quod puniat, præterit quod delectat; dulcedo fugitiua pertransit, conscientia damnatura vel damnanda subsistit. Inde etiam dicit Salomon: Lingua meretricis mel stillat. In nouissimis autem diebus amariorem folle ingenes eam, quod tamen nihilominus & ipse cum prædictisset, incurrit,

Exod. 16. 3.

Prov. 5. 5.

curit. Et ideo vide quod malum sit, frater carissime, quod cum de-
scriptura, omni custodia serca cortuum, & discute conscientiam Pro. 4.23.
tuam, ne vnde exisse videris aspectu, haeres aspergu: Sed dicas potius
Domino cum Prophetâ: Adhuc anima mea post te, me autem su- Psal. 62.9.
cepit dextera tua. Vel illud etiam: Mihi autem adhucere Deo bo- Psal. 72.28.
num est, ponere in Deo spem meam. Ut quanto labore, quantacj in-
stantia militasti faculo, seruias Deo; diecente Apostolo, vel in onente:
Humanum dico propter insursumitatem carnis vestrae. Sicut enim ex- Rom. 6.19.
hibuisti membra vestra seruire immunditia & iniquitatij: ita nunc
exhibete membra vestra seruire Iustitiae in sanctificatione. Cum enim
seruitis peccati, liberi eratis Iustitiae: quem ergo fructum habuisti
tunc in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc
vero liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum
in sanctificationem, finem vero vitam aeternam. Patientia, frater ca-
rissime, non nomine est sulcienda, sed opere; non ore tantummodo
agenda, sed corde. Verum est, quod sicut utroque hoc est, interiore
& exteriori homine delinquimus, ita & utroque penitentie debemus; vt
sicut dicit idem Apostolus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem con-
fessio fit in salutem. Ita gemini cor nostrum conscientia compun-
gente concipiatur, vt eos os nostrum per confessionem confusionis ef-
fundat. Quinquefimus vero Psalmus qui penititudini dicatus pari-
ter & remissioni, die noctuq; cum rugitu fletuq; canetur, vt vere &
salubriter dici possit: Rugiebam à gemitu cordis mei. Et: Iniquita- Psal. 37.9.
tes meas ego agnoscō. &: Delictum meum contra me est semper. Vel Psal. 50.
illud etiam: Quoniam iniquitatem meā ego pronuntio & cogitabo Psal. 37.19.
pro peccato meo. Hic enim ante nos peccata nostra esse debent, vt in
aeternū contra nos esse non possint, quia ita legitur in Prophetis: Dic Esa. 43.26.
tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. à quo priores dicturi sunt? ini-
quitates nostras coram Domino vel prolaturi, nisi diabolo utique
qui deiectorum & incensorum est & delator: Ipse enim vt peccemus in-
fligat, ipse cum peccauerimus accusat, vt video in Confessione crimi-
num à nobis praeueniatur in seculo, vt contra nos habeat
quod proferat in futuro.

Q 11

B 15

490 Ruricij ad Fœdamium & Vilicu Ep. 13. lib. II.

13. Beatisimis & in Christo venerabilibus fratribus Fœdacio &
Vilico Presbyteris Ruricius Epi.
scopus.

H. C. T. S. 2.

*Vox men-
do a fori.
in sequella.*

*Fort. res
fuit.*

Quamlibet literas fraternitatis vestre per * subsidiaconem con-
sumptum non perciparem, tamen has ego ac per ipsum ad vos af-
fectu instigante direxi; vt & desiderio satisfacere, & scribendi adi-
tum prius prior utpote patefacere, ne in posterum locus relinque-
retur excusationis; & res voluntatis, dissidentia & verecudie esse dic-
retur. Salutem itaq; in Christo Domino plurimam dico beatitudini
vostra & spero, vt me, sicut decet Ecclesiasticos viros, non labii, sed
corde diligatis; & de me caritate sincera in alloquio pristina dicere
præsumatis. Quia si illa fuisse vera, permanferat, & si fuisse mutata,
mutata non fuerat. A cuius tamen fuerit parte mutata, & conscientia
nostræ nouerint; & conscientiarum cognitor sine adfertore cogno-
scit, quem ego tamen adhibeo professioni meæ. Nec de initio summa-
tatis me esse culpabilem, ne in corde meo quidquid actum est dictum
verè sedisse. quia scio nobis ab æterno & vero Iudice dictū, quod nisi
excorde dimiserimus fratibus, nobis dimitti non debeat. Habetis
itaq; spōsionem meam, reddite mihi fidem vestram. quia in Epistula
mea procul dubio vinculum, quod elegeritis habetis; aut caritas,
quod salubriter constringat & custodiat; aut perfidia, quod culpabili-
ter innectat & perdat. Nec mihi aliquid de iudice prioris temporis
imputetis, quia definitionis meæ est, in comitiis seruare concordiam
& in iudicis tenere censurā. Illud etiā peculiarius gaudeo, quod vos in
integram domini & fratris mei familiaritatē rediisse cognoui. Superel-
la sequilla.

14. Dominae venerabili & in Christo Dominom magnificanda filia Ce-
raunia Ruricius Episcopus.

VTPictorem vobis antea non transmitterem hæc * refecit, qui
aduentu noui iudicis te occupata esse credidi, atq; ita deterritus
vt de his rebus cogitare non possis, sed qd Deo proprio vos & litteras
& relatione vestrorum ex sententia agere ac valere cognoui, saluta-
tione prælata, pictorem, quamlibet hic esset occupatus, cum disci-
pulo destinauit, quia malui meæ detrahere necessitati, vnde vestra sa-
tisfacrem petitioni. Sed quia & propositum vestrum & nostrum
poscit

polit officium , his venerationem vestram paucis monere pra-
sumpsi , vt ex opere illius ad agendam penitentiam , & noua noui
homini vestimenta sumenda capias exemplum , quo facilius in te
Adam vetustus intereat , & viuificator exurgat . quemadmodum
ille parietes variis colorum fucis multimoda arte depingit , ita vos
animam vestram , qua est templum Dci , diuersis virtutum gener-
ibus excolatis , vt vere de spirituali domo vestra spiritualiter cum Pro-
pheta dicere possitis : Domine dilexi decorum habitationis tuae , & ^{Psal. 23, 8.}
locum habitationis gloriae tuae . Quia secundum ipsius Domini
nostrae sententiam , Non in manu factis habitat Deus , nec in taber-
naulis viri beneplacitum ei , sed beneplacitum ei super timentes
se & in eo , qui sperat in misericordia . Et ipse iterum nos per Pro-
phetam docere dignatur : Caelum mihi thronus est , terra autem ^{Ezai. 6, 6.}
scabellum pedum meorum . quam mihi fedem aedificabitis , aut quis
erit locus requietionis meae , nonne haec omnia fecit manus mea ?
aut super quem alium respiciam , nisi super humilem , & quietum , &
tremitem sermones meos . Et ipse in Euangeliō Dominus clamat:
Venite ad me omnes , qui laboratis , & onerati esitis , & ego reficiam
vos , & reliqua quae sequuntur . Et ideo in Christo Domino carissi-
ma soror ac filia pristinæ conuerstationis ambitione deposita , humili-
tatem debes cordis induere , misericordiam indigentibus feenerare ,
caelitatem non solum corporis , sed anima procurare . quod adiu-
uante domino vt adquirere valeas pariter & custodiare , ieiunan-
dum est sapientia , & semper orandum . quia Adam paradisi & custos
delegatur & colonus , scilicet vt haberet operandi materiam liber-
tas arbitrij , & quod orationum obtinuisse industria , parcitatis
absentia custodiaret . Sed quoniam neglexit sibi seruare ieiunium ,
per concupiscentiam vetitam amisit & vitam & immortalitatem . sub
* Hierobabel muros Hierusalem reuersi ad captiuitatem reparab-
bant , cum eis esset contra alienigenas pro eorum murorum
restauratione certamen , operabantur dextra , & sinistra pugna-
bant : scilicet scutum fidei laeva contra aduersarios praetenden-
tes & dextra bonorum operum tanquam lapidum compositorum
incenia construentes , sed & ipsi viri qui aedificabant cum Prophe-
tis suis super lumbos cincti operabantur . quod & Dominus in E-
uangeliō obseruare nos præcipit dicens : sint lumbi vestri præcin-
cti , & lucernæ vestrae ardentes . præcinctus est lumbis , cuius caro ca-
ritati militat , & non libidini . & mens illius tanquam ardens lu-
^{* Zorobabel}
^{2. Esdra. 4:}
^{17.}
^{Ephes. 6, 16.}
^{Luc. 12, 55.}

Qqq 2 cerna

1. Cor. 10.6. cerna præfulget, quam præceptis suis Christus accendit, quia hæc omnia secundum Apostolum in figura nostri facta sunt, scire nos conuenit, quod quam diu seculi actibus suimus occupati, tanquam Babylonitis & Regi eorum captivi à Iudea producti in hostium regione seruiimus, unde per poenitentiam ad patriam, hoc est, ad eccelestem Hierusalem matrem omnium fidelium reverentes, debemus omni virtutum genere reparare collapsa, sarcire discilla, delere præterita, cauere præsentia, parare ventura: ut per benignitatem domini à pristina peccatorum captiuitate distracti, non Babyloniorum Regi, sed regi Cœlorum Christo in Hierusalem, queque congregationi Sanctorum ædificatur cinctas, seruiamus. *Et idcirco faciem nostram debemus magis laerimis rigare, quam lacrimas, ut dicere cum Propheta possumus:* Quia cinerem sicut param, & potum meum cum fletu miscebam. Debemus corpus nostrum indefessis vigiliis & continui edomaris ieiunii, ut verum exerceentes inter animam carnemq; iudicium, non caro dominetur spiritui, sed spiritui caro victa deseruerat. *Cuius rei exemplum nobis Dominus dum per angelum ad Agar Saracenniam loquitur, dedit, quæ dominam suam deferere maluerat, quam audire, dicens ei:* Reuertere, & esto subdita domina tua. Vt his laboribus omnibus & bonis operibus dedita possis esse & conueratio ne perfecta, & confessione deitatis, & in regno patris tui, illi, de quo *Matt. 13.9.* Dominus in Euangelio dicit: Nolite vobis vocare patrem super terram, unus enim est pater vester; secundum nomen tuum in illa beatorum turba vera splendore CERAVNIA, & vocabulū tui auctor existere: de quo splendore operum Dominus dicit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & magnificē, non vos, sed Patrem vestrum, qui in celis est. *Cuius est & vi detur, & omne quod datur.* Quis iuxta Apostolum: Omne datum bonum à sursum de Patre luminum descendit, à quo & voluntas trahitur, & præstatur effectus. Quia poenitentia non nomine tantum obtinenda, sed actu est exequenda. Poenitentia non est nomen otiosum, quæ ex qualitate operis possider laboriosa vocabulū. Non enim potest poenitens dici, qui poenitenda committit, sed ille, qui præterita peccata vel maculas humilitate cordis, subiectio ne corporis, bonorum operum sedulitate, assiduitate orationum, continuatione gemituum, pectoris contusione, lacrimarum profusione * detegit; ut possit dicere cum propheta: Ne memineris ini-

quita-

Detergit,
Psal. 78.

quitates nostras antiquas. vtq; non quotidianas. Et illud: Laborauit in *Psal. 6. 7.*
 gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum. Et: Lacrimis
 meis stratum meum rigabo. Et iterum: Rugiebam à gemitu cordis mei,
 peccato meo. Sint ideo hic crimina nostra ante nos, & contra nos, vt in *Psal. 37. 9.*
Psal. 37. 19.
 die iudicij esse non possint, & illud etiam hic posuit cum fiducia dicere
 mereamur: Delictum meum ego cognosco, & iniusticias meas non
 operui. Dixi pronuntiabo aduersus me & iniusticias meas Domino, & *Psa. 31. 5.*
 turemisi in impietatem cordis mei. Certum est quod in quantum tibi
 de priori conueratione displicueris, in tantum Domino placebis, & in
 quantum tibi placeveris, illi sine dubio displicebis, qui dicit: Quoniam *Psa. 140. 7.*
 dissipat ossa hominum sibi placentium. Et ideo tanquam seuerissimi
 centores culpas nostras in nos ipsi districtius vindicem⁹, ipsi nobis per
 diverlos corporis cruciatus tortores quodammodo existamus & iudi-
 ces; & in illo iusta examinatione tempore non habeat in nos Regis
 sententia, quod damnet, quos iam hic castigationis vita disciplina cor-
 rectit, quia iustus & misericors iudex bis non iudicat in idipsum, hoc est,
 ei se exhibet item, quem inueniterit hic esse praec peccatorum satis-
 factione crudelē; illi benignum, quem in hac vita cognoverit sibi
 fuisse districtum; secundū illud euangelicum: Qui perdiderit animam
 propter me, inueniet eam. Vel illud: Beati qui nunc lugentis, quia ridebi-
 tis. Breue est enim omne, quod in hoc mundo agitur, siue bonum, siue
 malum, sicut experimentis Dominus aut promisit aut voluit iam
 probari. Et indecirco ad sustinendas pro Dei amore pressuras constantes
 esse debemus. quia si ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum
Psal. 29. 6.
Psal. 125. 6.
Luc. 6. 31.
Rom. 14. 15.
Psa. 68. 21.
Mat. 10. 31.
*Itaq; nunc seram⁹ in lacrimis, quod tunc me-
 tamus in gaudiis. Hęc pauca ad confortandam fidem vestram pro ex-
 hortationis solatio dicta sufficiunt, que licet ipse non faciam, tamen vt
 & vos agatis exhortor. Icio enim exhortationi positam esse merce-
 des, quia legimus: Flete cum flentibus. & ne forte tu in iudicio dice-
 res: Quisliui qui simul mecum contristaretur, & non fuit, & consolan-
 tes me, & non inueni. Perfectiora vero atq; maiora in scripturis diui-
 nis, ynde ista decerpta sunt, instrumēta perquirre, si vis aut ccepta perfis-
 cere, aut ad pollicita peruenire. Dabit tibi taliter querenti Dominus
 scientiam pariter & virtutem, vt & lecta intelligas, & intellecta custo-
 dias. Nam pater orphanorum & arbitrus viduarum cum te de se tan-
 tum sperare compererit, & pupillis tuis tribuet paterna pietate prasi-
 dum, & te remuneracione iudicis perducet ad prämium.*

Q99 3

Dom i-

*Dominus sancto & Apostolico ac mibi pre ceteris in Christo Domini
cultu affectuq; peculiarius excolendo patrono & Pape
Aeonio Episcopo Ruricius Episco.
pus.*

15. **A** Nte paucum tempus litteras vestrarum sanctitatis accepi, quibus etiam de inofsciositate tanti habuisti affectuosius commonebas dicentes: *Nihil caritate praestantius. Quod ego valde verum esse confirmo, & secundum Apostolum, illam caritatem dico esse perfectam & sublimem, quæ de corde puro, & conscientia bona, & fide non habita procedit, quæ iuxta eundem Apostolum patiens est, benigna est, quæ non inflatur, non æmulatur, non querit quæ sua sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia credit, omnia sperat. & inde est quod nunquam cadet. Patiens est, quia contratenationes seculi vel procellas in Deum defixa perstat immobilis, benigna est, quia proximorum protectibus delectatur, non inflatur, quia non superbit humili; non æmulatur, quia inuidere nescit equalis, non querit quæ sua sunt, dum iuxta Domini sententiam sibi etiæ minimos anteponit, & aliorum commoda suis mercatur in commodis; non gaudet super iniquitate, quia latari nisi fratrum prosperitate non nouit; congaudet autem veritati, quia amicū sincera, non fucata dilectione venatur, nec falsa adulatio ne sublannat, sed vero honore concelebrat. Omnia credit, quia in diuinis mandatis promissisq; confidit; & ideo omnia sperat, quia pro minimis magna, pro caducis perpetua, pro temporalibus æterna sibi retribuenda non ambigit, nunquam cadit, quia humilitas habere non potest casum, cum habeat semper ascensum, & cum iugiter excelsa meditetur habitare tamen in sublimibus non presumit, cum conuersatio eius habeatur in celis, ipsa tamen videtur adhærere terrenis; excelsa opera mente deiecta habens, unde glorietur in Domino, nec tamen extollatur in seculo. Hæc quia iussi scribere, non pro eruditio[n]e nostra, sed pro dignatione vestra præsumpi. Vestrarum vero est nos edocere verbis, & ad hanc eandem caritatem provocare semper exemplis. quia dilectio, quæ ante cognitionem mutuo inter absentes epistulario inchoata sermone semper & fota est, debet augeri corporali visione, non minui, & crescere intuitu, quæ coepit affatu.*

Domi.

Domino sublimi semperq; magnifico fratri Turencio Ru-
ricius Episcopus.

16.

Exigit solliciti cordis affectus, vt imperitoris promatur affatus, nec erubescit rusticatus opprobrium, dummodo impletat caritatem imperium. sicut sanctus Apostolus dicit: Perfecta caritas forat mititatem. Quia longe melius est proximum diligere sincerè, quam à loquacitate lepore prædicti, quam dilectionis vigore perfecti. **Quia** sicut **Mar. 7.14** que iuxta Domini sententiam; & trita via est, quæ precipitat in gehennam; arctior vero & difficilior, quæ sublimat ad gloriam. **Quæ** causa? nisi quis illa multi gradientur, hac pauci? & ideo imminente iam præfensiæ æui termino, & senijs die usquequaque vicino, sicut nos etiam docet casaries detonsa, vel conuenit, ne in veteribus annis iuuenilia facta meditemur, atque in confecto corpore, & corde decrepito adolescentia regnet cupidio, de qua iudicij tempore in illo tremendo aeternæ dispensationis examine, quando ille omnium mortalium testis & index non solum merita ponderaturus & facta, ve- **Mat. 10.42**
que frigidæ præbitione daturus est præmium, aliis de otiosi verbile-
vitate supplicium, reos nos etiæ non de perpetrati facinoris volu-
ptate, saltem de concupiscentia voluntate constituant. **Quia** qui vi- **Mat. 12.36**
de ruit mulierem ad concupiscendum, iam machatus est eam in cor-
de suo. quod & de rebus omnibus alii similiiter obseruare nos con-
uenit, vt singulis appetentia partibus imbecillis huius corporis am-
putatis talibus membris, sic debiles, vt tamen integri potius in-
troceamus in regnum, quasi salui, & tamen perditæ, in aeternum
proiciamur incendiū. His omnibus salubriter pertractatis & **Gal. 6.10**,
rite perspectis, dum tribuuntur induciz, declinemus à malo, & bo-
num incessanter operemur, obliuiscamur præterita, contemnemus
præsentia, futura cupiamus, obliuiscamur in factis, recordemur
in conscientia, vt omne peccatum nobis moriatur in vita, viuat
in penitentia, nunc seminamus in fletu, quod postmodum me-
tamus in gaudio. **Quia** tempus huius vita tempus est operis, di-
e vero retributionis tempus est messis, quando sine dubio hoc v-
nicuque apparabit in germine, quod nunc spargit in semine. **sicut Gen. 30.33**
aut quidam fæctorum: Respondebit mihi cras iustitia mea. **Cras utiq;**
diem.

diem resurrectionis appellans. Hęc vos, fratres optimi, non Pontificia authoritate, sed fraterna pietate fidenter scribere vñanimitati vestre, caritate dictante, præsumpsimus. qui vt vobis vel circa nos non dicatoris ingenium, sed germani probarem' affectum. Salutem itaque dicens, rogo, sicut promittere dignati es sis, librum nobis S. Avgustini de CIVITATE DEI per portitorem harum sine dilatione mittatur. Cuius dū nos lectione ædificatis in terris, vobis ciudē cuitatis habita, tacula præparetis in cœlis, ad q̄ tamen alter peruenire non possumus nisi caritatis gradibus cōscendamus. Quia ipsa est eminentior via, que vos & in hac positos sociat D̄o, & de posita perducit ad D̄evū. de Psal. 83. 8. qua etiam Propheta testatur, Ambulant de virtute in virtutem; videbitur D̄evs deorum in Sion. Quamobrem hic collyrio bonorum operum oculos cordis acuamus, vt illic D̄evū videre possimus. quia secundum Euangelium, beati mundo corde, quoniam D̄evū videbant. Ac proinde oportet hic interioris hominis præparetur intuitus, vñille non hebetentur obtutus.

*Domino sancto, ac beatissimo, & mihi peculiari cultu' affectu'
specialiter excolendo Papae Sedato Episcopo*

Ruricius Episcopus.

17. **C**ulpatis me s̄epius, & crebrius imputatis, quod indiuiduē mīhi in Christo Domino beatitudini vestre hucusq; non scripserim. Utinam sic esset facultas faciendi, sicut est voluntas scribendi, & caritas, quæ corde concipitur, ore promatur. Sed vbi deest effatus, silet affectus, & intra latebras peccoris contenta est sui conscientia, se non esse in dilectione culpabilem, et si in officiorum redhibitione se non certat & qualem. Quia confidit quod sicut ipsa amorem fratris in le suis coniectione perficiat, ita & diligens frater eum similiter possit ex sua dilectione cognoscere. Quia nulla re melius aliorum cordium secreta, quam arcanorum nostrorum cōtemplatione metimur. Tantum enim nos caritate diligimus. Parui itaque petitioni vestre, parui iussioni, vt qualibuscunq; sermonibus contexta vobis scripta transmitterem, quæ vos, si nos impliciuer, vt confido, diligitis, aut confessim delibitis, ne quod vobis cordi est, alii incipiatur esse despiciui. quia non æquali iudicio amor audit, & odium. Aut certe vobis tantum regenda seruabitis, vt quoties in vobis videndi nos caritatis ignis exarset, desiderium vestrum eorum colloquio temperetis. Quia etiam vt amoris nostri circa vos sinceratem plenius nosceretis, injuria inferre

præ-

prafumpimus, quia certi sumus, quod non tam diserta cupiunt audi-
re, quam fortia; non tantum voluptuosa, quā vera. Quapropter cre-
dimus, quod pietati vestre nec longitudine paginæ noltre adferat fa-
tietatem, nec rusticus sermo fastidium; scientes quod quanto nos am-
plius ruminaueritis, tanto esuriatis ardentius.

SANCTO RVRICIVS CLIENS PA-
TRONO

SEDATO, monitis parens paternis,
Grates concinit, & refert salutem.
Quem blandis precibus rogat, timendo;
Nefors disfliceat leuis camæna,
Tanti iudicio minor magistri.
Hoc tu luminibus libens* reuersa,
Hoc sanctis manibus frequens reuolue,
Hoc dum relegis, mei memento,
Me semper recolas, canatq; lingua,
Et mens meteneat, sopor retentet,
Me semper recinat tuum libellum.
Hos tu visceribus piis reconde.
Ilos telo residens, viamq; carpens,
Hos inter calices, foro recumbens,
Et parcas epulas cibosq; dulces,
Antro pectoris & medulla cordis
Inclusos recita, canente mente,
Sic nos & mutuos videre vultus,
Et viuis tribuat referre verbis,
Que nunc intima pectoris fatigant.
Largitor Deus omnium bonorum,
Christus cum Patre sempiterno regnans
Sancto spiritui dignantes hymnos.
Finiunt versus.

18.

* Alveacav

19.

Domino in diuiduo semperq; magnifico Filio Rustice
Ruricivs Episcopus.

In quietudinem mihi ab aliis, & vobis à me facit amicitia commu-
nis, quia qui me apud vos, non dico multum, sed omnia posse,
confidunt, ad ecclesiolum nostram pro sua securitate confugunt.
Rer quoq;

quorum non possum non & condolere gemitibus, & precibus ahe-
dire, vt pro ipso rum quidem reatu, sed & pro vestro pariter prefecto,
potestati vestrae attentius supplicem. Nec mireris, quod dixi illorum
quam ad vestrum pertinere perfectum. Siquidem illorum indulgen-
tia, vestra sit venia. Sicut & in opum indigentia, largientium est uoc-
Luc. 6. 38.
Mat. 6. 14.
tur copia. Hoc enim nobis retribuetur in iudicio, quod praeficerimus
in saeculo. dicente ipso Domino: Dimittite, dimittitur vobis, date &
dabitur vobis, & iterum: si dimiseritis hominibus, & pater vester di-
mittet vobis peccata vestra. Vnde evidenter agnoscamus Deum no-
strum sententiam suam in nostra posuisse censura, qui precum no-
strarum misericors & iustus auditor potestati sua de nostra lenitate
Mat. 5. 48.
præscripsit; vt in eos quodammodo non haberet ius severitatis, quos
hic auidos non perspexerit ultionis. Quia q[uod] ipse est, hoc & nos effe-
siderat: misericors est; misericordes querit dicens: Estote p[re]cetti sicut
& pater vester perfectus est. Quotidie veniam peccantibus & suppli-
Mat. 6. 12.
Eccl. 28. 3.
cantibus tribuit; Ideo & indulgentiam à peccatoribus poscit, vnde &
oratione Dominica ipsius dicimus doctrina: Dimitte nobis debita
nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quibus verbis du-
rissimis nos vinculis illigamus, nisi quod pollicemur implemus, qui &
per Prophetam sic dicit: Homo homini tenetiram & à Domino quer-
rit medelam. Quapropter pro BAXONE, qui ad * ecclesiam viscerat con-
fugit, intercessor accedo; sperans vt primum pro Dei timore, deinde
pro nostra intercessione ipsi parcer digneris. Cuius absolutione & in
nobis tollere confusionem, & yobis potestis comparare mercedem.

Ruricius Episcopus Capilluto filio salutem.

20.

In grata mihi est frequentior ægritudo vestra; quæ mihi etiam vi-
detur esse commotio diuina, qua mauult Dominus noster pro sua
pietate largissima peccatores castigare, quam perdere; vt quos anno-
* Fort. con-
uincit, vel,
rum suorum ætas longea non *conuenit, vel conuincat infirmitas, &
deponant saeculi byssum, & sumant ecclesiæ vestimentum, quod est
correxit:
Psal. 50.
Mat. 23. 12.
ciliicum, contritionis indicium. Quia cor contritum & humiliatum
Deus non spenit. Ille enim vadit ad celum, qui se collidit ad solum,
quia qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Vnde
& dicit pœnitens ille perfectus: adhaesit paumento anima mea, Do-
mine uiuifica me secundum verbum tuum. Quid est, secundum ver-
Psal. 118. 25.
bum tuum, nisi secundum promissionem tuam? quod qui coram te
peccauit.

peccata sua deflerit, compunctus in mundo, tu cum perducis in regno, ubi possit deinceps cantare securus? Audiuit Dominus, & miserere est mihi: Dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: confidisti saccum meum, & præcinxisti me *Psalm. 29. n.* lexit. Vnde suadeo pietati vestrae, ut quod cogitatis, celerius, Deo adjuvante, faciatis, quia mors non tardat, ipso Domino dicente: Ne tardaris conuerti ad Deum, nec differas de die in diem. subito enim venit ira eius & in tempore vindicta disperdet te. Ideoq; dum tempus habens, conuertamur ad Dominum, vt non cum hoc mundo damnemur. Quia sine dubio illi misericors Deus suum præstat auxilium, quem circa præcepta sua cernit attentum,

Ruricius Episcopus Eusfrasio Episcopo.

Gratias ago sincerissimæ in Christo Domino germanitati vestrae, quod perlatō rædio ad vos nostro, confessim nos litteris vestris visitare tanti habuistis, qui dum infirmitatis nostra sollicitudinem geritis, lanitatem vestri pectoris approbatis. Quia sicut ipsi melius nos, finis præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Et qui visitat infirmum in dilectione firmatur. Vnde peculia *1. Tim. 1. 5.* ri spero, ut quem requiritis afflictibus, orationibus adiuuetis. Redebutibus itaque gerulis litterarum reddo mutuum sospitionis officium, & sicut ad vos rumor peruenit, sufficienter me secundum miserationem diuinam, non secundum merita mea tribulatum esse significo. Quia ipse qui cibat lacrimis in minima mensura, castigationi, iuxta *Psalm. 79. 6.* pietatem suam, pro imbecilitate nostra, modum statuit, ne infirmitas nostra in manus suæ correptione defecerit. Ideoq; propria miseratione iam commodiorem esse me nuntio; consolationem vobis vestri mæroris pagina deferente transmittens, ut qui eis laboribus nostris pro caritate compatientes, sitis lætitia in Dei nomine de recepta incolumente particeps, ipsius lectione dispono. Ora pro me.

Dominino deuinctissimo semper, magnifico Vero Ruricius
Episcopus.

RElectis litteris pietatis vestrae, Deo gratias egi, quod vos prius *22.* reuauisse, quam infirmatos esse earum relatione cognoui. Quod vobis tam frequenter accidere, proprio potius Deo, quam *Proverb. 3. 11.* offenso confido. Quia quem diligit Dominus, corrigit, castigata utem *Hebrei 12. 6.*

omnem filium, quem recipit. In diuina itaq; vos disciplina suscepis
sedula admonitio & mitis ostendit, quia paterna clementia maault per
multimoda incommoda negligente corrigerem filium, quam punire
peccantem; maault nutantem ac dubium ad seruitum suum habens
piz moderationis attrahere, errabundum & per saeculi precipita la-
planteum actiore verbere coercere. Ipse est enim indulgentissimus pater-
familias, qui animam suam ponit pro oibus suis. Ipse est bonus pa-
ter, qui ouem perditam ad caulas Dominicanas maault propriis hume-
ris reportare sollicitus, quam stimulis urgentibus reuocare districtos,
Ipse est pater pius, qui male prodigo filio, & precepta substantiae de-
coctori, ad se vel terro redeunti non solum crimina anteriora non im-
putat, veram etiam præmia amissa multiplicat, dum vlns fouet, oscu-
lantis permulcet, muneribus ditat, doctrina confirmat non tantum ad
eius indignatus abscessum, quantum letatus ad redditum. Ipse enim ho-
rum orationum nominum in se effectus affectusq; suscepit, vt facit illi-
cet Apostolus, multisariè multisq; modis nos crudiret verbis, instru-
ret disciplinis, prouocaret beneficiis, informaret exemplis, recon-
liaret prece, redimeret passione, viuiscaret morte, immortalitate
donaret, iustificaret resurrectione, ascensione portaret. & recon-
ciliatos per sanguinem suum, in eam, à qua excideramus, Patis
1. Ioan. 2, 2. gratiam reformat. ipse enim est apud patrem propitiatio nostra si-
Rom. 8, 34. ne cessatione suggerens pietati sue, Pater non solum pro his rogo, sed
Ioan. 17, 20. pro his qui credituri sunt in me per verbum illorum. Patervo, vbi
Ioan. 17, 24. ego sum, & ipsi sint mecum. Paterignosc illis, nesciunt enim quid
2. Ioa. 2, 16. faciunt. Ipse nobis quotidie per Apostolum suum clamat: Nolite di-
ligere mundum, neq; ea que in mundo sunt; qui enim diligit mun-
dum, nō est caritas Patris in eo, quia omne quod in mundo est concu-
piscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ humanæ,
qua non est de Patre, sed de mundo est. Et in mundo transit, & con-
cupiscentia eius. Qui autem fecerit voluntatem Dei, maneat in aeternum,
Mat. 11, 12. sicut & Deus manet in aeternum. Ipse in Euangelio blanditiis iniui-
tat, muneribus prouocat, adhortatione sollicitat, dicens: Venite ad
me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & reliqua, vt quasi ingun-
salutaribus subdentes colla preceptis, salutari suo libertatis & misse-
ricordiaz currui subiungamur, & ideo auderemus reuocantem le-
qui, audire clamantem, blandientem modon non spernere; nes-
tiam postmodum iudicantem. quo iudicio? Sicut ipse in E-
uangelio præmonere & docere dignatus est: Cum in maiestatis
sug

sua sede consideret, quādo non solum merita ponderaturus & facta,
verum etiam verba est discussurus & vota. quem hic nunc viderit
salutaria sua p̄cepta negligere, & admonitiones suas salubri-
mas superba mente contemnere, non solum cum stultis à ianuare-
gi celestis excludet, verum etiam partem ipsius cum infidelibus de-
putatis; ut cum quibus habet in s̄culo societatem, cum iisdem in æ-
ternum habeat portionem.

Mass. 25.7

Luc. 12.46;

Filio Constancio Ruricius Episcopus.

23.

Q Vamlibet Baccho, symphonii, & diuersis musicis, nec non
etiam & puellarum choris te deditum esse cognouerim, Ta-
men quia bonum est ab his, dum perualde ferunt adulecentia, ali-
quoties respirare, & magis Domino vacare, quam Libero; paren-
tibus quoque operam dare, quam cantibus; moneo ut crastino,
quod erit quarta feria briuæ, t̄mporius tamen, quod te facturum
ganimē credo, mihi ieiunus occurras.

Eiusdem alia.

24.

A Liud mihi, Deo teste promiseras, quod ipsum deberes cole-
re, non * Ianum; cuius criminis etiam me vis esse consortem,
vt ego ad hunc errorē colendum delicias subministrem, & oleum
incendio superfundam, quod neutro nostrum noueris expedire.
Sed dices fortasse, Pollicitus es. Quo ore à me promissa perquisis,
cū tu sacramenta violaueris? Vnde dabis veniam meæ promis-
sionis, quādiu te huic seruire cognouero * parsioni. Ne confirmare
videamus factum, cuius reprehendimus pactum; & simus scandalo,
* cuius esse debemus exemplo.

Videsne

esse scripta

adeundem

Constan-

tium.

Fort. Ian. 2

* fort. per-

sioni, vel,

persona.

* f. quibus

Ruricius Collinari suo salutem.

25.

Q Via nostri curam, semper gerere pro mutua caritate dignam-
ni, indicō sollicitæ pietati, & pie sollicitudini vestræ, nos non
paruum quidem, sed, Deo propitio voluptuosum à vobis reuersum;
sumpſisse negotium, quod nobis plurimum proderet possit, si aut
intentionem intellectus, aut intellectum sequeretur ingenium. Sine
causa enim solis ortum cœcus exspectat. Ille quidem videntibus sem-
pre exoritur; non cernentibus vero iubar ipsius, quasi nubibus sem-
per operitur, SOL IVM enim nostrum dominum patremq; com-
mune, intelligit;

quem soli munem, quem transcribendum sublimitati vestre dedisse me dire
um alii ram, legendum recepi, Cuius lectio sicut mihi antiquum restaurat
urcant. affectum, ita praे obscuritate diectorum non accedit iugenum, quä
libet ipsum post tam longi temporis spatium caritas igniculum
scintillis suis inter obliuionis fauillas vt cunq; relacentem, nonnun
quam & suspicio sis flentibus excitemus, & interdum dulcibus nobis
fletibus inrigemus; quo tamen illo imbre peritus quanto magis
inficitur, tanto magis incenditur. quia per lacrimarum copiam deli
deriorum atq; affectum crescit flamma, non deficit. Hunc ergo, si
Dominus pte disfinitione vestra tribuet, ut fautor effectum, vos
præsentibus percensere festino & effici discipulus de magistro, qui
non me pudet etiam in hac ætate, nec piger discipuli arripere indu
stria, dummodo affecta ætate artis consequar disciplinam. Præ
enim quilibet debet discere, quām docere. Quia præproperè do
ctoris usurpat supercilium, nisi discipuli sufficerit ante famulatum.
Quid enim iustius, quām ut ipse sis paterni interpres eloquij, qui uni
uersa quæ ille confersit, non tam de codicis membrana, quām de
cordis potes pagina proferre, cuius vos esse filios non solum gene
rositate prolapso, verum etiam & eloquentia flore, & omni virtu
tum genere comprobatis: Quæ bona vobis non tam doctrina con
tulit, quam natura. Quia riuus de fonte prorumpens licet flu
do proficiat, & plenitudinem currendo conquirat, auctoritatem
vnde sumit vocabulum, debet & meritum, quem si diuina clementia
vsque ad hoc tempus superesse voluisse, sicut iam tum de veltra
imitatione lætabatur, ita nunc de perfectione gauderet; cum spem
ad rem cerneret peruenisse; nec sibi inuiderer æqualem, quem opta
uerat esse meliorem.

26.

Item Eiusdem Alias.

Quamlibet per diaconem IUSTVM non meruerim litteras be
nigni pectoris & facundioris accipere, quibus & eruditetur
ingenium; & desiderium palceretur. Ego tamen qui malo affectu
fus rusticus, quām urbanus impius iudicari, scribendi oportunitatem
mibi periire non passus sum; vt pote qui inihi nolleim non dicam oc
casione scribendi, sed nec videndi vos, vnius saltem horæ spatium
deperire. Ideoq; salue plurimum dico; & rogo, vt sine communi de
trimento, & triusq; compendio, nos semper, opportunitate por
recta, litteris vestris illustrare dignemini. Quia quod nobis in af
fectu

fecit impeditis, non expenditis; quod tribuitis, non amittitis; &
quod nobis in charta transmittitis, vobis in corde retinetis.

Ruricius ōmacio suo salutem.

27.

Sic à pietate vestra discessi, quod à vobis penitus non recessi, in ea-
dem vos parte hominis interioris exhibui, in qua vobis reman-
si. Scio quia ibidem remansi, unde me nec insidiator antiquus po-
tuit, neque recens^x consiliator excludere. Vnde etiam sententia
illius vos sapientissimi Salomonis ad monos: Fili ne derelinquas ami-
cum antiquum, nouus enim non erit similis illi. Vinum nouum, a-
micus nouus: vetera scet, & cum suauitate bibes illud. Et ideo nos
vetera eamus in amicitia, & de die in diem affectibus innouemur.
quod si amicus relinquendus non est, quanto magis pater, qui eru-
dit, qui nutrit, qui adiuuante Domino ad sacerdotium usq; perdi-
xit; cui fortasse etiam Iuxta diuinam misericordiam lucis istius debe-
tur visura. Sed hæc ego beatitudini tua scribo, non quasi aliquid
imputans, aut exprobrans, sed vt filio carissimo, quem sine ullo nœvo
cupio in hoc mundo impietas incedere, & purum atq; immacula-
tum in illo die iudicij coram Deo, & angelis ciuis, ac congregatione
carnis totius apparere. Saluto itaq; vnanimitatem tuam, & rogo, vt
pro me orare digneris, simulq; cum oportunum vobis fuerit, nos-
tanti habeatis visitare. Vale.

Cœiliatoro
Eccli. 9. 14

Ruricius Eufrasio suo salutem.

28.

Miror sanctitatem vestram post tantorum & talium virorum iu-
dicia potius, quam rescripta, inscitiae meæ queſisse senten-
tiæ, quod vos magis pro necessitudine, quam necessitate fecisse cōii-
cio; ne cuius tanti habetis præcipuum in animo tenere cultum, vide-
remini in negotio prætermisso consensum. Vnde gratias ago indi-
uiduæ mihi in Christo germanitati vestre, quod ita de nobis praſu-
mere & iudicare dignamini, vt nihil habeamus aut in caritatis sim-
plicitate subdolum, aut in veritatis puritate fucatum. Reddo itaq;
debitum vnanimitatis officium, & de causa, qua mihi scribere digna-
tus, idem me quod & fratres nostros sentire significio. Sed quid
facto opus sit, vel quid mihi potissimum fieri debere videatur, per
diaconem vel trum verbo fideliter intimavi quia... m. fu-
it litteris indicare. Ora pro me.

Ruri-

Ruricius Eracliano suo salutem.

Qui seruum de officio esse cognoscit, prius supplicare debet, quam audeat salutare. Quia sicut importune occurrunt imputanti, ita oportunè remittitur confidenti. Et ideo nos nostram in palam produximus noxam, vt facilius pertinere possumus ad veniam, quia non relinquitur locus imputationi, cum alitus patuerit deploranti, secundum illam sententiam: Dic tu prior inquitas tuas, ut iustificeris. Non enim praeualebit accusantis inuidia, vbi humilitas præcesserit supplicantis. Quamobrem nos si iam excusando diluimus culpam, veniamus ad causam, salutem ergo tantum dicimus pietati vestra, quantam potest affectus intelligere, & non potest sermo proferre; quantam lenire possumus, & non valemus exponere; quantam potest interioris mens desiderio calcata concipere, & non potest lingua exterioris adserere. Vnde gratias agentes ipsius caritatis auctori, qui eam in cordibus vestris et dignatus inferere, oremus ut præcipuum sua largitatio munus in nobis custodire semper, & iugiter dignetur angere. Quia iuxta Apostolum Paulum ipsa est eminentior via, quæ ducit ad vitam. Quod supereft, specialiter quæso, ut communi patrono nobis Lue. ii. 8. quotidie supplicetis. Quia, sicut legitis, multum valet oratio lucis assidua. Et sicut ipse Dominus noster in Euangeliō dicit de illo, quia tres panes ab amico suo noctis tempore, importune quidem, sed salubriter, quod improbitati præstitum fuerit insulenis, quod negabatur amicitiis flagitantis. Reliqua per portiorem verbo mandauit, quæ longum fuit litteris indicare. Vnde sicut principium Epistola continet, rogo, ut pro tarditate veniam dare dignemini. Vale.

Ruricius Episcopus Capilluto filio salutem.

Gratias ago pietati vestrae, quod me consulere de * ciuitatis ordinazione dignamini; cum vobis sufficere, Deo proprio, satis abundeque possitis. Et ideo quia quod vobis & fratribus vestris placet, nobis displicere non debet. Bene facitis, ut hominem, quem communis consensus elegit, ordinetis. Sed admonete illum ut veritati studeat, non falsitati; paci, non perditioni; disciplina, non discordia; utilitati publicæ, non priuatæ cupiditatib; Iustitia, non rapina.

pina. Tinetur bonos, emendet reos: miseros non faciat, sed defensat.
corrigat fontes, custodiat innocentes; vt ita agens magis futuro pos-
sit placere iudicio, quam praesenti.

Domino illustri semperq; magnifico filio Agricola Ruricius
Episcopus.

Relectis litteris sublimitatis vestrae, gratias Deo egí, quod vos
prius reualuisse ordinatione ipsius, quam infirmatos esse
cognoui, & nobis anxietatem tolleret, & vobis redderet so-
spitatem. quam tamen infirmitatem vobis clementer illatam, pro-
pitio potius, quam irato ipso Domino nostro, pro solita eius pie-
tate, coniicio. Sic enim legimus, quod corripiat Dominus, quem
Hebr. 13:16
diligit; diligit autem omnem filium, quem recipit. Quod etiam
in vobis quantum audio re probatur; vt ordinatis affectibus vestris,
suum vobis insinuaret affectum, & habitu, animoq; mutato, jugum
vobis sua lenitatis imponeret, vt salutari currui suo colla subden-
tes, dum mandatorum suorum leue onus euehit, peccatorum
grauem sarcinam deponatis. Hæc est enim mutatio dexteræ ex-
celsi, dum de peccatoribus iustos, de extrancis domesticos, ami-
cosibi facere dignatur ex fertis. Superest, vt nunc conuersio-
nem, quam protulisti in ueste, probetis in corde; & hæc commu-
tatio inter indumentum vestrum habeatur; & animum: vt siue il-
le sub candidis uestibus habuit hucusque nigredinem, ita nunc sub
pullis uestibus operum luce candescat. Peccator enim qua die
conuersus ingemuerit, tunc saluus erit. Dummodo iuxta sancti
Rom. 6:13
Pauli Apostoli sententiam, Sicut exhibuimus hactenus cor-
pora nostra seruire sæculo, & iniquitatibus iniquitatem, ita nunc
exhibeamus membra nostra seruire Iustitiam in sanctificationem.
Nec simus; quasi timentes Deum, aliud sermonibus prætenden-
tes, aliud habentes in moribus; aliud ostentantes in uestibus, aliud
actibus comprobantes, ne nos mordeat sermo ille Dominicus, Sub
vestitu ouium, luporum rabiem contegentes. Quia oculus ille diu-
nus, sicut scriptum est, omni loco bonos speculae & malos, sine dubio,
quem ad se integro cordetransire conspicerit, ipse in cor illius iu-
gi habitatione descendet, vt eo habitatore non careat, cui se præ-
paravit habitaculum. Gratias itaq; Domino nostro super tam inc-
Narrabilis eius bonitate in communere feceramus, qui manu fulseros
monere, quam perdere; corrigerem, quam punire; & pro uestra brevis
vite

vitæ perpetua regna donare. Quod superest, saluto plurimum, & ancillam vestram vobis peculiari inlungatione commando: quamlibet hoc salua vestra pietate non egeat; ut quo cam suscipere tantum habuisti affectu, semper fouatis, indultuque largitate dimitna utrosq; nos sibi parauit obnoxios; vos auos faciens sua foscindete, nos proauos. Domnam filiam meam desiderio, & honore, quo dignum est, fospito. Ob cuius, si facultas esset ambulandi, era voluntas promptissima vos visendi, & ut quam interioribus oculis pro affinitatis ipsius coniunctione iugi recordatione conspicimus exterioribus cerneremus. Opto bencagas.

32.

*Domino Sancto, & Apostolico, omniq; à me honore, & amore
cialius Fratri Casario Episcopo Ru-
ricius.*

f. Burdi-
gallia

Fratres & Conpresbyter noster CAPILLVTVS dupliceiter huc
ce nobis gratius apparuit, duin & ipse nobis iam diu desideratus
occurrit, & quendam vestri præsentiam nobis per vestras litteras re-
præsentat. Quo redeunte has reddere procuraui, quibus debi-
tum beatitudini vestre rependo caritatis officium. Quod vero scri-
bitis, cur ad Synodum, sicut conlocutio habuit nostra, non vene-
rim, fecit hoc infirmitas, non voluntas. Ipsi enim recolere potellis
quam fessum me *burdigalii videritis; & hoc hyeme, quâdo esse lo-
leo fortior solito. Quia æstiuis diebus etiam in hospitio meo, & lo-
cis frigidis, ipsam confuetudinariam infirmitatem sustentare vix
valeo; ne dicam, quod illos coetus regionis illius ferre quiverim, si
venisssem. Vnde magis spero, vt pro me orare dignemini, & ad tem-
pus aliud, quod intimatis, si Deus vitam cesserit, venire vultis, nobis
per hominem vestrum maturius indicetis. Qui litteras vestras ad
me modo tardissime vénisse significo. Quia eti non pro dignitate,
vel pro ærata, non debemus tardius, quam alij commonerij, qui for-
tasse (vt minus prudens, dicam) merebamur ambiri. Quia si alii
nomen urbis præstat auctoritas, nobis autoritatem demere non
debet urbis humilitas. Siquidem multo melius, multoque emi-
nentius est, ciuitatem de sacerdote, quam sacerdotem,
de ciuitate noscere.

Domine

Domino sancto & Apostolico mibiq; in Christo domino speciali cultu
et affectuq; ceteris praferendo patrone Sedato Episcopo
Ruricius Episcopus.

DVm scribendi vobis omnis pectoris mei animus vos sibi
occasionem frequenter inquirit, aliquando diurna medita-
tione pertractans reperit idoneum portitorem, per quem & silen-
tia longe disrumpere, & sibi spiritales delicias postulare, oris ve-
stri cupiens rore respersi. De qua, credo, sibi sanctus Psalmista
diebat: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Illa nimurum *Psal. 142. 6.*
aqua ariditatem corporis sui reslinguere sobria ebrietate desiderans,
de qua Dominus noster in Euangelio clamare dignatur > si quis
sit, veniat, & bibat. Flumina enim aquæ viua de ventre eius *Ivan. 7. 38.*
fluunt. Hanc aquam Samaritanæ etiam idem Dominus offere-
bat, hoc est, Ecclœ ex gentibus congregandæ dicens: Aqua quam *Ivan. 4.*
ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Hanc
aqua si quis fidelis non gressu tantum summo tenus ore libauerit,
sed totis anima visceribus appetens conuua sorauerit, protinus in
laudem Domini omnipotentis erumpit; & hoc incipiet ructare
quod biberit; sicut beatissimus Euangeliataq; discipulus, qui su-
per pectus Domini recumbere meruit, mysteria regni cœlestis au-
diuit, & in illam vocem quam ante nullus audierat clamauit: In *Ivan. 1.*
principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus e-
rat verbum. Hoc erat illud verbum, quod sine tempore à Parte ge-
nitum, in tempore creaturæ ex matre, ut creator fieret; ut esse pos-
sit humanitatis quædam portio, diuinitatis totius plenitudo; &
plenitudinem humanitatis portio ipsa humanitatis sua passio-
ne redimeret; dum imago inuisibilis Dei, forma sit serui; ut pos-
sit impassibilis pati, incomprehensibili capi, immortalis mori,
qui mortem occumbendo perimeret, vi vitam resurgendo reparar-
et. Sed quid ego oblitus inci, audiens tui, quasi de huiuscemo-
di rebus tecum conloquens, & inde in desiderium tui vehementius
perardescens, reslinguere sibi meam velut quodam dilectio-
nis riuelo festinans, inscrutabilia & inaccessa pertentans, quid
loquar, qui loquar, cui loquar non considero. Sed dabit, ut confido,
veniam pietas, quam committeit affectus. Quia caritas omnia susinet.
Salve itaque plurimum dico individuo mihi pectori vestro, & rogo,

vt pro me incessanter orare dignemini, simulque etiam partē corporis mei, per quam vobis has trado, peculiari insinuatione commendō, vt in illis, quām me diligatis integre comprobetis. quos vobis ea arbitror fore cariores, quia meam vobis fecum deferunt portionem. quibus quidquid dignati fueritis dilectionis impendere, nobis vos conferre cognoscite.

*t. Cor. 12.
26.*

Quia si iuxta sanctum Apostolum minus membrum maiori in dolore compatitur, & maius procul dabo in minoris prosperitate latetur. & ita deum sit, vt omnibus quequaque membris in pace & quiete compositis, caput totius corporis rector utpote & dominator exultet. in quo capite omnia

Eccles. 21.14.

membra iubentur aspicere, dicente Propheta: sapientis oculi in capite eius, quod alius Propheta euidenter exponit dicens: Oculi mei semper ad Dominum. quia ipse euellit de laqueo pedes meos.

Psalm. 122.1.

Et iterum: Ad te leuavi oculos meos, qui habitat in celo. Erigimus itaque oculos cordis nostri ad Christum & in mundi istius nocte manus nostras operibus fructuosis extollamus. ad Dominum, & ipse caput nostrum esse dignetur, & nos adhaerere capiti nostro, ut illa corporis sui membra esse mereamur, vt de hoc saeculo discenderent, tanquam exitu Israël de Aegypto dicere redemptori nostro possumus: Adhæsi post te anima mea, me autem suscepit dextera tua. Cum ea diebus ac noctibus fuerit in corporis huius carcere meditata, unde non confundatur ad vota. Ora pro me.

34.

Dominō sancto, & apostolico, mibiq. in Christo Domino specialiculū
eu affectu ceteris præferendo patrōnō Sedato Episcopo
po Ruricius Episcopus.

Archistarū.

*P*er arciantrum PALLADIVM litteras fœcundi cordis, & fœcundi oris accepi, quæ nos ad visionem mutuam voto pectoris inuitabant. Sed quid facimus, quod desideriis animorum nostrorum diuersa membrorum resistit infirmitas? dum vos nimicaterrubisti, nos tenuitate exest corporis impedimus: dum vos alieni, & quatuor pedes ferre nequeunt ponderosos; me etiam proprij & duo sustinere præ defectione vix possunt. Quo fit, vt implere communia vota nequeamus. Ego enim (testis est Dominus) quod si valuisse, ad Synodum condicām omni auditate venisse, sed mea disposta itineris voluntate necessitas imbecillitatis inhibuit. quia aëres regionis illius præsertim hoc tempore ferre non poteram,

Aerem.

quod

quod & vos ita credere confido, & prauos ad aliud deriuare non
dubito. His itaq; sufficienter, vt potuimus, indicatis, salutatione ani-
mi desideranter impensa, si dignum ducitis, transmisi vobis* caballum, *Hinc pates*
qualem vobis sciebam esse necessarium, mansuetudine placidū, mem- *illam Se-*
bris validum, firmum robore, forma præstantē, factura compositum, *dati decia-*
animis temperatum, scil. nec tarditate pigrum, nec velocitate prepro- *mam no-*
perum, cui frenus ac stimulus sit sedentis arbitriū, cui ad euehendum *nam Epi-*
onus & velle suppetat pariter & posse: ita vt nee cedat superposito nec *sfolam foli-*
deponat impositum. Superest vt recripto, quomodo vobis placeat, *453. effere-*
indictis. Quamlibet ita de indiuiduo mihi corde præsumam, quod *ffbonioriæ*
nobis etiam mala à me commissa, non dicam transmissa complace- *ad hanc*
ant. Tanta est enim integri vis amoris vt in * amicum nil displiceat; f. amicos
cum magis malū displicere debeat. Et hinc illud est, quod iudicia ho-
minum aut amore præpediantur, aut odio vt recta non proferantur.
Vos vero, quos nec odium exasperat, nec inflamat inuidia, & io-
eos nostros libenter accipite, & de sospitate vefra vel actibus affluen-
ter instruite, vt dum vos diutius legimus, copiosius imbiamur. Ora
pro me.

Dominus sancto, & Apostolico, mibi in Christo Domino specialiter ex-
colendo fratri, Casario, Episcopo, Ruricius E-
piscopus.

Qui occasiones scribendi nobis inuicem pro mutua caritate in- 351
quirimus, oblatas prætermittere non debemus; vt conferat
nobis quandam præsentia portionem sermo * meditator; qui emitti- /: media
tur, nec amittitur; tribuitur, & habetur, videtur discedere, nec rece- sor,
dit; à me dirigit, à te suscipit; à me scribitur, à te legitur, nec tamen di-
uiditur; cum quasi diuisus, integrus tamen virtusq; corde teneatur. quia
verbi more diuini traditur, & non egreditur; confertur indigenti, &
non auferunt auctori. accipientis lucrum sine dispendio largientis; di-
tans in opem, nec attenuans possessorem. Ideoq; veniente illo nepote
meo dulcissimo PARTHEMO has per ipsum dare non distuli; vt & me-
am præsentiam vobis litteris exhiberem, & ipsum pariter commendam:
rem: cui quidquid dignati fueritis dilectionis impendere, nobis vos
præsentare noueritis. simileque etiam peculiarius rogo, vt prome ip-
isque pignoribus nostris incessanter oretis, nec impediant affectum
amorum nostrorum spatio interiecta regionum. quia qui in Do-
mino, qui præsens est ubique, se diligunt, non credendi sunt dispa-
rati

510 Ruricij ad Parthenium Ep. 36. lib. II.
rati corpore eum pariter in eo mente iungantur. Ora pro me.
Ruricetus Episcopus dulcissimis nepotibus Parthenio &
Papianilla.

36. P Ostquam pietas vestra discessit, dimidium esse me sentio, quia
maximam mei partem, hoc est, interiorem hominem, reducere
corpore, vobiscum ambulasse cognosco, ita tamen quod & vos in po-
stori meo, quod hic remansit, manere conspicio. filio itaque dulce-
nem vestram, & vt verborum meorum memorie sitis admoneo, qua-
certum est vos iuxta Salomonis sententiam possit in bonis Deo dirigen-
te proficere, si seniorum consilia & amori habcantur & vniuersitate be-
agatis.

37. Hoc vox
in M. S. tra-
expreſſa eſt,
ut neſcias
an legen-
dum ſit,
Petro, an
Petru, an
Petur, an
Petur,
1. Reg. 1.22
1. Cor. 8.1

Ruricetus Episcopus Fratri * Pet.
Q Via obedientia sacrificii antefertur, idcirco rusticatatem me-
am malo prodere, quam perdere caritatem. Scientia enim in-
flat, caritas, ut ipſi melius noſtis, edificat. Quamobrem quia iuſſiſſi
etore meo, quod hic remansit, manere conspicio. filio itaque dulce-
nem vestram, & vt verborum meorum memorie sitis admoneo, qua-
certum est vos iuxta Salomonis sententiam possit in bonis Deo dirigen-
te proficere, si seniorum consilia & amori habcantur & vniuersitate be-
agatis.

Dominis sublimibus & magnificis filiis Eudomio & Me-
lantio Ruricetus Episcopus.

38. **Q** Vām grauiſſi mihi orbitatis vestrā ſit luctus, tefſis eſt peccoris
mei conſcius D E V S; quod verbiſ ſubtilitatiſ vestrā indicare
non poſtum. Nam ita animū meū doloris vestri paſſio ſauciavit, ac
ſi vnum de propriis * affectibus perdiſiſſem, quia me vobis proximum
& quoddammodo confanguineum bene mecum agendo feciſſis. Atq;
ideo q[ua] labores & anguſtias noſtias frequenter in vobis pro volvra di-
gnatione ſuſcipiſſis, iuſtū eſt, & nos vobis, cum acciderint, partici-
pate mœroribus. Si enim iuxta Apoſtoli ſententiā, vniuersi corporis mem-
bra ſibi inuicem compatiuntur & condoleant, decet nos quoque, * co-
rum

rim in commoda sepe percipimus. Dolemus itaq; casui vestro & plan-
cibus vestris interesse nos credimus. Sed quid facimus domini filii?
Equidem voluntati diuinaz resistere nec possumus, nec debemus. & o-
mni sollicitudine praecauere, ne dum dulcia nobis pignora nimio do-
lore deflernus, blasphemii quidam & iniuriosi inueniamur in Domino,
& granis animas nostras auctor ipsius mortis, inuenta occasione, co-
fodiat, quam carorum amissione percussit. ideoq; in omni amaritudi-
ne vel dolore ad Deum nobis est refugium, & ad illum omnes ca-
sus nostri toro corde referendi. Qui sanat vulneratos, q; releuat mastos,
qui consolatur afflitos. Et illa sancti Iob tentatio omnino dicenda,
est: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita fa-
ctum est; sit nomen Domini benedictum. Et ille hoc quando dicebat
dece filios cu omni facultate perdiderat: Nec tamen blasphemare aut
damno aut dolore copulsus est. Sicut dicit scripture: In omnibus que
accidebant ei, nihil peccavit labii Iob. Quod ego & pietati vestra scri-
bere pro mutua caritate praesumpsi, vt dolorem animorum vestro-
rum, quem litteris meis mitigare non poteram, vel diuinis eloquii ut-
cunq; moderarer. Et verè, si mihi quasi vestro creditis cordi, non mi-
nimum potestis capere de Christi Domini voluntate solatium, quod
quatenus immaturus manebat interitus, talem cum dignatus est assu-
mere, qualium regnum docet esse celorum; vt & patronum habere-
tis ex filio, & minus doleretis amissum, quem à Domino videbatis ad-
sumptum. Opto bene agatis.

Domino sancto, & apostolico in Christo Domino cultu affectuq;
specialius excolendo patrono⁺ Victorino Episcopo
Ruricetus Episcopus.

F Rater & presbyter noster CAPILLVVS, licet apices vestros
nobis non detulerit in charta relegendos, tamen * totius exhibi-
bit in corde conscriptos: vnde eos nec fur auferre, nec violentus cri-
pere, nec imber eluere, nec vetustas possit abolere dum mihi fidelis
admodum vestri pectoris consors & deditissimus delator sapientis in-
culcar, & dulcius, qualiter me & quam adsidua dilectione de me ru-
minetis. Non quod in me sit, vnde caritatis vestra palcre possitis es-
surierim, qui solidos, & nunquam perituros cibos & accipere soliti estis,
& dare; sed quando fortior etca defuerit, tenuitatem nostram prola-
tis poculo forbatis, vt desiderium pij cordis & puri alimento in-
nocentia temperetis. Nec mirum est, hoc tamen in vestra virtute
miracu-

miraculum, vt diligatis venerantes vos, qui odientes amare confunditis. Siquidem & ad augendam circa nos caritatem vestram, duo lumen nostra detinetis, AVRELIANVM dico atq; LEONTIUM: pro quorum spe & consummatione, rogo, vt inde sinenter diuina misericordie, huc vos confido facere, supplicetis, & cum illis iterum pro nobis semper oretis, quia fiducialiter credo, quod profectio[n]i vestra, & illorum incipientia, pro ipsa adhuc teneritudine, à nutritore Domino n[on] negetur. Salutem itaq; vberem dico pietati vestra, quantum potest promere oris affectus, non quantum cordis poscit affectus. & rogo, ut praefatos dulcissimos stimulos pectoris mei nostro nomine sollicitus, nosq; quotiescumq; se opportunitas porrexerit portioris, benedictio[n]is vestra imbribus irrigetis. Ora pro me.

M. S. Apol.
tonari.

40.

Ruricius Episcopus * Apollinari suo salutem.
Affectus sublimitatis vestra in visceribus nostris violentus erat, & amori vestro me potius, quam pudori meo seruire compellit; dum non considerat, quo sermone, qua pagina; tantum vestris imperii obsequiamur. cogitis enim nos auribus peritie vestre verbis rusticis iniuriam frequenter inferre, dum apices nostros saepius vultis accipere, pareo voluntati vestra, pareo iussione, malo enim de me ipso tibi magis, quam mihi credere. Quia pietatis, nō potestis est, quod iubetis. Et ideo, quæ displicerent emendabit procul dubio potius, quam prodetis. Siquidem nihil est imperiosius caritate, cui quis toto corde se dederit, libenter & vincula illius impacta patietur, & onerata portabit, dum præcipientis imperium non inuitus non expedit, sed deuotus exercet. Præstabilita, diuina misericordia, vt tumultibus temporis huius, vel necessitatibus, aut dilatis in perpetuum, aut parup[er] oppressis, citius fructus * nos faciat de nostra carpe p[re]fletitia, vt desideria, quæ incitantur affectibus, aspectibus mitigent. Finis.

Leg. vos.
vel: nos
faciat de
vestra.

Domino deuinctissimo, & mihi omni honore venerabilis fra-

tri Leonio Ruricius.

41. **G**ratias ago, quod & nostri curam gerere, & nouitate hole-
rum, quæ libenter habere nos nostis, nos reficer tanti habu-
tis. quod & consuetudini præstatis pariter & amori. Ideoque rede-
unte puero vestro, reddo reciprocum sollicitationis officium. & vi de-
suscepto, Deo propitio, Officio inde sinenter cogitatis admoneo. Quia
Mat.10, 22 cens: Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Præstabis,
vt cre-

Ruricij ad Constantium Ep. 42. lib. 2.

56

vt credimus, misericordia ipsius, vt qui penitendi vobis animum inspirare dignatus est, ipse vobis & in agendo virtutem, & in consummatione plenam tribuat pro sua miseratione remissionem. qui solus potest & sanare corrupta, & reparare collapsa, & delere commissa, & abdere præterita, conseruare præsentia, & donare ventura.
Finit.

Ruricij ad Domnum Constantium

42.

DE delicij transmissis gratias ago, & quantum indicasti, tam per pueros ipsos, qui nobis hæc derulerunt, tergus aprunum me pie-tati tua indico transmisisti; vt dum nos volatilia, quæ transmisisti, deliciamur; tu bipede de quadrupede facto satieris. Cuius tamen malo carne, quam vita capiaris. Quia qui semper de secularibus cogitat, & iugiter terrena meditatur, huic animanti à scriptura diuina merito comparatur. Quia de omnibus animalibus solus homo sublimis creatus est, & effectus, vt auctorem suum semper cœlo intentus apiciat, non mundalia opera solo incessibiliter defixus exerceat.

*Ad Domnum Ambronum Episcopum Ruricij
Episcopus.*

43.

Apostolica præcepta nos commonent, vt à quibus diuina percipi-mus, eis terrena præbeamus, quod nos vel in hac duntaxat par-
teſeruant, pro coeleſtibus epulis, quas nobis & ſermone viuo, & pa-trum traſcatibus ministratis, legumina marina transmisimus. Per hæc
nil nos habere proprium comprobantes. Siquidem & à diuinis bonis
ſumus, quæ vobis tribuitis, peregrini, & nos peregrina transmitti-mus. Itaq; quia nos à marinis coeleſtibus exulare, & ſolis terrenis fe-dibus incubare cognoscimus, à vobis ſpecialius poſtulamus, vt hæc
licet à nobis libenter accipere, & veftra nobis dignemini fre-
quenter impendere. Illud ſit affectionis, hoc
ministerii, illud doctriñæ præſtatur,
hoc gratia.

T. II

C

Ad dominum Hispanum Ruricii Episcopi.

44.

Ago gratias, quod dum nobis dora nomine, re spolia transmitti-
tis, pietatem vestram erga me sincerissimam cōprobatis, quia nos
amplius, quam deliciis delectamur. Siquidem inde clurium corporu-
m compescemus; hinc cordis: inde vestri transitorium *portigimus pa-
stum: hinc vero animo mansurum præbemus affectū. Proinde tam
amori, quam muneri vestro gratias repensantes, reciprocis pietatē ve-
stram plurimum sospitamus. Et quia de nostra dignaris effe salutē
sollicitus, iuxta vota pietatis vestra me valere significo, simulque
deposito, ubi sanctum Pascha facturi sitis, me recurrentibus instru-
tis. Finit.

45.

Ruricii Episcopi ad Presbyterum Albinum,

Vbi ad me communis luctus nuntii rumore peruenit, quod tam
miratus sum, quod non hoc prius ex germanitatis & extra relatio-
ne cognoui, ipse ad vos regredes cōtinuo venisse, nisi me dierū ho-
rū reuerentia retardasset. Has trāsmisi, q̄bus spero, vt me excusatū ha-
bere dignemini, & filiā nostrā, q̄ audio se vehementer affligere, ad vic̄
meā, tam ex ratione, quam ex vestra autoritate consolemini, quod
Dominus noster de seruo suo, & quādo voluit, & quod voluit, fecit. Et
ideo contrā voluntatē Domini venire videbitur; cui displicet diuina
præceptio: vtq; diuina; quia animā nostrā ille solus, cum voluerit,
ex corpore potest educere, qui fudit in corpore. Eride in luctu illi-
nimis, qui videtur esse pietatis, magis ex Diaboli consilio, quam ex
pietate descendit; vt cū dolor consolationis impatiens querelis suis
Deum impietatis exprobrat, qui premisit filium per humanam con-
ditionem, per incredulitatē animā perdat. Plagant mortui mortuos
Mat. 8, 25.
suos, quos resurrecturos esse non credunt, qui animā cum carne alli-
mā interire, quibus nulla de beatitudine anime, nulla de corporis re-
stauratione fiducia est. Nos vero, qui spem resurrectionis habemus in
Christo, qui animas nostras iuxta pollicitationem ipsius Domini,
in Sanctorum finibus credimus collocari; ad ipsum nos corde &
rationibus conferamus; & consolationem de ipsius promissione ca-
piamus, quod credentes in se secum vivere faciat. Nec ullus apud eum
nisi infidelis mortuus iudicetur. Et ita planetus nostros, sicut scriptu-
Ecclesi. 22, 13
ra nos edocet, temperemus, dicens: Luctus sapientis septem diebus,
impī vero omnes dies vita sua. Sicut scimus illum mortuum corpore,
anima

anima vero pro innocentia sua Deo vivere; ita nos viuentes corpore,
corde moriamur. Finit.

Ruricii Episcopi ad Taurentium.

Age gratias promptissimam in Domino deuotioni, & sincerissi-
ma erga me charitati vestrae, qua diuinae bonitatis imitatrix, id
quod me sibi prospicit supplicandum, priusquam rogetur, & nostru-
m præoccupare benevolentia sua feliciter officium; dum non solum cu-
fodiare, verum etiam augere * in istum sibi gessit affectum, quem id
circo beneficii anticipando latetificat, quia ad modicum contristare
formidat. Et ideo maius offerre taceti gratiam, quam præstare pol-
centi, scens procul dubio, plus esse in eo meriti, quod spontanea be-
nignitate defertur, quam quod precibus indulgetur. Siquidem ho-
rum vnum non nisi necessitate datur necessitudini; aliud vero sepe
etiam precursoris fedulae dimittitur improbitati. Vnde salutem recipro-
cum dicens, de pietatis vestre promissione securus, pueram vestram
in rem directis pueris vestris, consignasse significo: cui confido, quod
iuxta pollicitationem vestram, non solum veniam, sed etiam gratiam
pro nostra intercessione tribuatis.

Ruricius domino venerabili Fratri Iobanni.

46.

Lu.11.8.

* **M**anus communis suscepimus, quod voluntarie facere debuerat. *Hæc vox*
mandatias flagitaret, & se gracie tua, eti propter negligentiam suā
depraterito ingratius, per insinuationem nostrā nunc tamē gratifica-
dus ingereret. Cuius petitioni idco p̄t̄pt̄ ad quicui, quia credidi, si-
cut & cōfido, vos petitioni meæ libenter annueret. Vnde salutatione
dependa sp̄ro, vt ipsum p̄ intercessione nostra recipere tanti habe-
atis. Et quia hoc, quod debuit, reddidit, vias illi solidorum ipsorum,
non tantum pro precibus nostris, quantum pro diuinis præceptis do-
nare digneris. Quod pro conuersatione vestra, qua vos, Deo propi-
tio, per dies singulos audio proficere, sine dubitatione præstetis. Quia
ipie nos, qui ille regnum Dei lætitia & gratulatione percipiet,
& in montem Domini glorificatus ascendet, qui pecunia sue vnu-
ram non in præsenti sæculo à proximo suo exegerit, sed à Domino
expectauerit in futuro; nec per dolosa beneficia laqueos laborantibus
inicit in solubilium debitorum, sed illius est fecundator & creditor,
qui dicit: date, & dabitus vobis, & qua mensura mensi fueritis, ea
Ps.145.5.
Mat.7.24

Tir 2

remem-

remetetur vobis. Infidelis vtq; & iniquus est etiam sibi, qui hoc quod elegit concupiscendum, non vult habere perpetuum. Quamvis enim quicunq; multa condat, multa congreget, & infinita diversa nundinationibus acquirat, mendicus de hoc mundo discedet, nisi de rebus suis portionem suam ad æternam beatitudinem ante premis-
P. 48. 17.
Ps. 75. 6.
Mat. 19. 29.
Lnc. 12. 33.

rit, dicente Domino per Prophetam: Ne timueritis, cum diuersus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quia non cùm morietur recipiet omnia, neque simul descendit cum eo gloria domus eius. Et iterum: Dormierunt somnum suum, & nihil inuenierunt omnes diuinitarum manibus suis. Qui si benigni essent anima sua, illi potius bona sua erederent, qui & idoneus fideiussor est pauperum, & largissimus redditor viarum. Non ergo cupidus sis, frater charissime, nunc recipere in duplo: quod Domini minus redditum se tibi promittit in centuplum. Vnde nec à te poteris pertimescere exterminium, nec à fure formidare dispendi-
 um. Quia ipse Dominus noster munera suorum & largitor, & nos stos est. Finit.

48.

Cprunculo Episcopo Ruricius Episcopus.

Exigit mutui amoris affectus ad individuam mihi sanctitatem vestram sola ex causa litteras destinare, etiam si non se occasio opportuna porrexit. Vnde per hominem filii mei LEONTII has ad Apostolatum vestrum dedi, quibus in spisatione praælata, quam exten-
 tentia, Deo fauente, valeatis, inquirio. Quia ipsi nostri, incolumitas vestram, nostram esse lætitiam sperans, vt redeute prefato, nos reddatis de vestris actibus, propitia diuinitate, securos, quos videtis et se prosperitate sollicitos.

49.

Ruricius Episcopus Ceraunie salutem.

De sincerissima, qua nos pro benignitate animi tui, non pro re-
 stris meritis dignaris excolare in Domino, caritate, confidens, se-
 curus has ad Venerationem tuam direxi, quibus in Domino ac Deo no-
 stro salutem vberem dicens, specialiter rogo, vt ea, quæ per seruum
 vestrum AMANDVM verbo sperauim, si possibile est, nobis sine dilatione
 praestare dignemini. Quia haec res & nos relevare potest. & vobis nullum
 potest adferre dispendium, quod ego pro beneficio maximo co-
 putabo. Iterum in quo iussiritis, vel vius exegit, vicem reciprocis
 obsequiis repensare contendam.

Ruri-

Ruricius Episcopus Censurio Episcopo salutem.

Litteras sanctitatis vestras, et si per occasionem, accepisse me gratulatorum non enim interest, utrum ex necessitate, aut ex voluntate, dummodo inter se inuicem, qui se diligunt, colloquantur, & quos corpore locorum interualla discriminant, animorum ac sensuum colloquia fida coniungant. Quia hoc nobis generale vel maximum virtus diu iacta pietatis indulxit, ut qui nos aspectu carnali non possum contueri, spirituali cernamus obtutu. Vnde redeunte gerulo litterarum has sicut iniunxitis, reddere procuraui, ut & sollicitudini vestrae & mutua caritati pariter responderem. Salve itaque Apostolatui vestro plurimum dependo, & hoc quod apicibus mearum testimonio volvulis agnoscere, utrum SINDILLAE porcos suos prudente FOEDARIO perdidisset; noueritis me apud homines meos, ubi fuerunt, diligenter perquisisse. Sed sicut ante iam noueram magis & istos laborem faciente paci SINDILLAE perpeccus esse, & ipsum porcos suos peruersi- * locum caro- tam suam, dum de aduersa parte esse se iactitat, amississe cognoui. rupias.

Ceterum prafatum FOEDAMIVM illi in nullo culpabilem. Nam quod pertulit, nulli nisi debet & omnibus imputare, in qua causa, quantum ego contemplationi vestri, ut homines vestri, aut a custodia liberarentur, aut porcos vestros recipieren, laborauerim ipsis, iam referentib*, plenus potius agnoscere, quod propterea necesse non fuit litteris indicare. Vestrum est, hominem verum iustè ab huius calumnia obiectione defendere, qua meum iniuste scriptis nostris agnoscitis su- finere.

Ruricius Episcopus Stephano suo salutem.

Ita me paucissimis diebus ad cultum suum pietas vestra sanctitatis inlexit, ut cum vos, Deo propitio, corde detineam, & oculis me breue videtur omne, quod dulce est; ita inexplibile est omne, quod * carne est. Et omnipotenti Deo gratias super tam admirabili dono eius, quod ita generaliter seruus suis tribueri ineffabili dispensatione dignatus est, ut hi qui disparantur corpore, animis iungerentur; neque esset aliquid tam longinquum difficile quod mentium obtutibus obuiarit. Sed per cordis intuitum ibi se inuicem diligentes caritatis contemplatione consiperent, ubi caritas ipsa consistit, quo fit, ut deuinatio vestra, qua in visceribus meis iugi recordatione, dum quotidie re-

noua-

Ttt 3

nouatur, augeretur, amoris vestri mihi vicissitudinem reponitur; &
nimis meus milii animorum vestrorum fidei iussor adest, dum tan-
tu sibi audet de vestra dilectione presumere, quantu vobis coepit
impendere. Salutem itaq; beatitudini vestra plurimā dico, & rogo, ut
cessanter cōmuni Domino supplicetis, vt secundū diuitias bonitas
Psal. 111. 3. suæ atq; virtutis, cui omnia possibilia confitemur, vt si in hoc facili
nos propter vitæ istius turbidines ac procellas, & regionum interru-
la sapientia non possumus, vel ad illam urbem, quæ adificata
ciuitas, faciat conuenire, ad quam nos misericordia Domini poten-
perferre, vos merita.

Ruricius Episcopus Praesidio Filio salutem.

52. *Plerique.* * **P**lerumq; dum me apud inviduam mihi sublimitatem vestram
non vite merito, sed amicitiarū pruilegio multū posse cōfidam,
cōmendatias à nobis quibus vobis excusat, inquirunt quas a
officii nostri necessitate negare non possumus, nō p̄sumptionis auto-
cia, sed ministerii disciplina, dum & illis p̄ sentis vitæ solatium, & vobis
pudore desideramus æterna. Ut & illi per patientiam vestram reser-
vatur ad penitentiam; & vos per misericordiam perueniatis ad venia-
Jacob. 2. 13. scut dicit Scriptura: Quia iudicium sine misericordia erit, qui non fe-
cerit misericordiam. Quia dixit: Dimitte, & dimittitur vobis. Procul
Luc. 6. 17. dubio quem viderit hic facere, quod præcepit, in futuro ei restituet, &
promisit. Nobis enim illius veritas præsto est, si illi fides nostra non de-
fit. Unde mansellissime potestis aducere absolutionem miserorum
vestrorum esse indulgentiam peccatorum; & hoc vestris conferendum
precibus, quod vos præstatis alienis, iuxta ipsius in Euangeliō senten-
tiam: Quo iudicio indicaueritis, iudicabitur de vobis. Idēq; pro Vaso
& Lvpo, qui ad me, quasi vobis peculiarius, sicut superius dixi, carita-
tis iure deuinatum, pro criminum suorum intercessione venerab-
precator accedo; vt primum Deo, deinde nobis hoc, quod commis-
serunt, donare digneris; nec nos de corum damnatione confundas, qui
se iam tum absolutos esse, quādo ad humilitatem meam deduci sunt,
credidetur.

53.

Ruricius Episcopus Rustico filio salutem.

Extra affectum confutudinariū & propotum & humanitatem
nobis dignaris impendere, dum vībis tuis detrahis, quod no-
stris largiaris expensis. Quia puero vestro referente cognoui, quod
piscationis in viscera p̄ parte Visera nobis iūsceras delicias ministra-

re.

re. Vnde salutatione depensa, gratias ago plurimas, exorans diuinam misericordiam, vt pro honore, quem nobis pro ipsius timore dependit, & praesentium rerum vobis conferat felicitatem, & beatitudinem tribuat futurorum. Finit.

Ruricius Cprunculo Episcopo salutem.

54.

Sicut litteras laetitiae vestre per virū venerabilem ELOGIVM, cūm gratulatione suscepi, ita has codem redeunte, libenter emisi. quib^{*} apōstolati vestro debitus *deponēdo sospitationis officium, simul que deposco, vt pro nobis orare dignemini, & id à cōmuni Dōmino peculiarius postulare, vt iam tādem aliquando in vnum venire, & nos videre mereamur; vt charitas qua secundum sententiam Dominicā in pectōribus nostris per absentiam *quod peris est, refrixit, per præsentiam iterum in sospitis cineribus sulcitetur, & viuis vocibus, quasi nouis flatibus veteris amoris rediūuum reperetur incendium. quod more atq; virtute ignis illius, quem Dominus misit in terram, & spīnas negligētae nōlātāe atque desidiae vi naturae potentis exūrat, tenebras dormientis cordis influminet. Finit.

Item alia Ruricii ad ipsum Episcopum.

55.

Mat. 24, 12
* fort.
quod tem-
porā est.

Luc. 12, 49.

Adsiduitas *supplicatum supplet in nobis gratiæ cōmuni officiū, *f. suppli-
cantiū vel,
mus per extēna necessitatē imperium; dum alienē tribūnūs petitiōni, quod propriā debere nos cognoscimus caritati. Vhac litterarum supplican-
necessitudo eset ex voluntate necessitudinis iocunda noua calamitate
deplorantis extorta. Tamen quia spontaneam scribendi neglegimus
gratiā, saltem prætermittere nō debemus ingestam. Ideoq; per fra-
trem & Compresbyterum nostrum MAXENTIUM, quem nobis frater
Episcopus ipius cōniedauit, dedi, quib^{*} sospitatione depēsa, ipsum *m. Epi-
Apostolati vestro, secundum quod postulauit, insinuo. quia illic no-
scopi,
tos, & amicos habere se dicit, qui cū beatitudini vestra possint in præ-
senti plenius intimare, quorū testimonio possit credi, quod affer-
tioni ipius fortasse non creditur.

Item ad ipsum.

56.

Fili nostri OMACIVS & EPARCHIVS ad me litteras plenas lacrimis & deploratione miserunt, specialiter deprecantes, vt apud sanctitatem vestram pro ignorantia ipsius filii nostri EPARCHII intercessor existerem; confidentes, q; pro amore mutuo nihil nobis negare debe-

deberetis. Idemque Presbyterum nostrum Eusebiolum ad pietatem vestram in hac causa direxi. Per quem saluto plurimum; & rogo, ut praefato, sicut dicit, sufficienter admonito, indulgentiam errorum dare pro nostra supplicatione minimè iniqua. Sicut in defensione peccati stulte atque infideliter perduranti culpa, donec agnoscatur etiam * (non) debet relaxari, ita agnitus peccati debet conferre veniam confitenti. Remedium est enim mali confessio non simulata dilecti, nec yltioni publica relinquitur locus, ubi reus conscientia conciente punitur.

57.

Item aliae Ruricii ad ipsum.

Ante diem quam litteras vestra sanctitatis acceperim, comprebyterum meum, sicut ipso referente poteritis agnoscere, ad servitatem vestram in eadem, qua mihi scriptis causa direxram. Et quia mihi non solum ipse filius noster EPARCHIVS, sed etiam frater eius flebiliter per litteras supplicarunt, Apostolatum vestro precor accederem. Qui & confessione culpa, & deprecatione veniam, & consanguinitatis affectu compulsus, indulsi. Quia vos mihi super hacem scripturos esse non credidi. Sed quia humilitatem meam dignatus pro ea, quæ internos est, proprio Deo, caritate, confulere, & nobis vtrum iusta esset vestra districtio, meis potissimum apicibus indicarem; sciat Dominus noster, quod ego factum vestrum & probo, & conlaudo, & vehementer admiror. Quia dum vni indisperato per admonitionem gladii * spiritale pro reddenda salute intulisti dolor, multis contulisti languentibus sanitatem. Multi etenim in ecclesia, qui curari nequeunt verbo, sanantur exemplo. Superest sequentem misericordia consequatur, vt recipiatis lenitatem patris, quem corripuitis auctoritate Pontificis. Et iuxta illum Euangelicum, inuocantes, quem nos per omnia & Iequi & oportet imitari, qui filio paternæ substantiæ decoratori, & facinus confitenti non solum veniam clementer impertit, verum etiam pristinam gratiam libenter indulxit; & nos condoleamus lapsi, subueniamus attrito, amplectamur recessum, & temur inuentum. Quod & Apostolatum vestrum propter ea fecisse certus sum, vt paululum infirmantem filium excluderetis a matre, vt eum ipsis post modicum restitueretis in colummam, & cum contristaretis ad tempus, de quo gaudere concupiscitis in æternum.

Ruri.

Ruricu*Episcopus filio Seuero salutem.*

N*Eglentiam nostram atque pigratiam dum vos excusatis, ar-*
guitis. & nos beneficiis & officiis vestris agnoscimus debitores.
Sed scio hoc sincero amore, quo nos diligitis, facere, atque perfecto.
quia parum est caritati vestre, quod nobis tribuitis, dum totos vos no-
bis & cotidie impendere desideratis. Sed nobis satis superq; sufficeret
benivolentia quam prompti animi & assiduitas * deeslet obsequii. * fors. de-
dicas.
Vnde salutatione depensa, gratias ago vberimæ pietati vestra, quod
erga me bona memoria patris vestri non solum retinetis, sed etiam
vicilis affectum.

Ruricu*Episcopus filio Schorachio salutem.*

A*Io atque habeo vberes gratias pietati vestra, quod nos negligē-*
tiam famulorum nostrorum nescire fecisti, dum subuectionem
congrua, quam nobis callidus subtraxerat inimicus, benignus sub-
ministravit affectus. Quem idcirco nobis Dominus hoc ad tempus
permisit inferre, vt & nostram patientiam per iniuriam, & vestram er-
ga nos caritatem per compaticientiam comprobaret, ac sine dubio fa-
cultatis nostra vobis lucrum operis per beneficium dilectionis ad-
ferret.

Ruricu*Episcopus filio Vittameno.*

F*Amiliares nos vobis facit vestra dignatio, dum hoc, quod à nobis*
libenter offertur, à vobis grataanter accipitur. Siquidem illud mu-
nus acceptabile probatur & dulce, quod non magnitudo insinuaue-
rit, sed commendarit affectio. Quæ res facit, vt ad persoluendum vo-
bis spontaneæ devotionis obsequium, etiam id habeamus in votis,
quod non habemus in * verba. Itaque salutatione depensa, quia cen-
sum * pera sublimitati vestra, alia centum filia meæ destinare pra-
sumpi. Quæ si fortasse displicerint savoris gustu, placebunt, vt con-
fidimus, transmittentis affectu.

Ruricu*Episcopus fratri Namacio.*

S*Aluto plurimum, & spero, vt si secundo crastino non potueris, vel*
tertia feria ad nos venire digneris. Quia desiderio tuæ caritatis ac-
cessi, & nos dicimus cum Propheta: Anima mea sicut terra sine aqua *Psal 142. 6.*
ibi. Defecit spiritus meus, Ne auertas faciem tuam. Nemoreris ad- *Psal. 142. 7.*

Vuu

ncu

Ruricius ad Clarum. Ep. 6; Lib. 2.
uentum, ut pectoris nostri, quem parui temporis solatio suscitavit,
tinguatis incendium. Finit.

62.

Ruricius Episcopus filio Vittameno.

Gratias ago dignissimae erga me sublimitati vestre, quodcum
de actibus atque in columitate vestra, quos nolis, Deo proprio
pro amicitarum iure sollicitos, facitis litterarum sedulitate securos. Va-
de his reciprocum reddo nobilitati vestre salutationis officium, & me-
has de Decaniaco ad vos dedisse significo, meamq; vobis fauore diu-
nitatis quam * vobis placere confido, indicans ospitatem. Praefab-
Dominus, ut citius hinc regressus vestris merear obtutus praesentia.
Vt cuius benignitate vestra incitasti desideria, visione sollicitati-
fectum.

63.

Ruricius Episcopus fratri Claro Episcopo.

Apostolatus vestro pro ea, quam mihi non pro meis meritis, sed
benevolentia animorum vestrorum impenditis, caritate, non
dicam vicem non possum repensare beneficis, sed nec tantas gratias,
quantas meremini, sermonibus explicare. Impendo tamen per litt-
eras debitum ospitacionis officium, partemq; pectoris mei in quo affi-
ctum vestri auditum suscepit, paginae cōlocutione transmittit, similes
deprecor, ut cōmuni Domino supplicetis, ut citius nos faciat fructum
de nostra capere præsentia; quolsq; sua inspirationis instinctu con-
xuit, vultum etiam mutua visione coniungat; vt desiderium in nobis
quod accedit affatus, restinguat obtutus. De columnis vero gratias
ago, & sicut iussistis, quia modo propter imminentem hyemem vehi-
cula illo dirigere non possum, post sanctum Pascha, propitia Divini-
tate transmittam. De minoribus vero sicut verbo mandatis, si inue-
niri possunt, mihi vel decem necessarias esse significo. Sed si dominus
prospera vniuersa concederit, antequam vehicula dirigam ad vos ho-
minem destinabo.

64.

Ruricius Episcopus fratri Volusiano Episcopo.

Ita quod peius est, caritatem antiquam, & insitam nobis, partim
(quoniam confidendum est) negligentia nostra, partim necessita-
te temporis, partim corporis infirmitate faciente, longa delebit obli-
tio, ut penitus immemores nostri facti non solum vos nullis officiis,
sed nec litteris requiramus. Miror nobilitatem tuam quasi filium ad
me litteras destinare, cum sine viro respectu religionis aut propinqu-
tatis

tatis tibi iniuriae nostrae sic placant, ut eas vindicare non velis. Vnde nisi existimationem personæ meæ, aut officii cogitassem, portitorum litterarum tuarum talem ad te miseram, quales homines meos non matrona vestra, sed domina procax & effrancata nimium perduxit, cuius mores si tu tanto tempore cum famæ tua diminutione, aut voluntariæ aut necessitate supportas, alios noueris nec velle ferre, nec esse contentos. Nam quod scribis, te metu hostium hebetem factum, timere hostem non debet extraneum, qui consuevit sustinere domesticum.

Finiunt Epistolæ Domini Ruricii Episcopi
Lemoniceni.

Ita ex
pressæ m. s.

abi nota hunc vocari Episcopum Lemonicenum, lege apud Fortunatum de Ra-
guio seniore & iuniori,



Vuu 2 EPL

... am 20. Februar 1752. In der Druckerei
des Venedigischen Buchdruckers und Verleger
Giovanni Battista Pellegrini. 1752. S. 852.

... 1752. In der Druckerei des Venedigischen Buchdruckers und Verleger



... 1752. In der Druckerei des Venedigischen Buchdruckers und Verleger